OH. DAN. MAJORIS
Phil. & Medic. D.
ISSERTATIO EPISTOLICA
De

ANCRIS ET SERPENTIBUS PETREFACTIS

Ad
D. PHILIPPUM JACO-
M SACHS à Lewenheimb, Medi-
cum in Rep. Patria Vratislavienſi,
cui acceſſit
ponſoria Diſſertatio Hiſtori-
co-Medica
Ejusdem
IPPI JACOBI SACHS,
venheimb, Ph. & Med. D.
Collegii Naturæ Curioſorum
Collegæ
De
NDA LAPIDUM NATURA.

JENÆ
AIÆ FELLGIEBELI, Bibliop. Vratislav.
JOHANNIS NISII, ANNO M DC LXIV.

Digitized by Google

JOH. DANIELIS MAJORIS,
Ph. & Med. D.

DISSERTATIO EPISTOLICA

De

CANCRIS ET SERPENTIBUS PETREFACTIS

Ad

Nobiliſſ. Excell. Experientiſſimumque Virum,

DN. D. PHILIPPUM JACOBUM SACHS à Lewenheimb, Medicum in Rep. Patria, Vratislavienſi, clariſſimum.

S. P. D:

Nobil. & Excell. Domine Doctor,

Fautor & Amice plurimùm colende:

I.

Occaſio Epiſtolæ. IMmò multò majore mœrore Animus meus perfuſus eſt, poſtquam ultima, ad tempus, verba vel dare Tibi, vel recipere abs Te nuper, antequam Vratislaviâ rurſus abirem, non permiſit medicus tuus in prædium aliquod diſceſſus. Cujus rei Memoria certè quietos Nos haut liquit; ſed grata literarum permutatio tædium id nobis continuò delevit; mihique imprimis novum quaſi ſpiritum afflavit recens Tua Epiſtola, quâ pertinaciter Affectum Tuum conteſtaris, & exquiſitisſimâ Eruditione nonnulla âddis: ad quæ proinde non poſſum non paucula reponere, ne ullâ ex parte de Sedulitate meâ dubites.

(2.) Ac initiò quidem non minùs Tibi, quàm Poſteris gratulor, quod de Commodo ipſorum usque adeò laboras, ut periiſſe Annum præſentem judices, niſi poſt publicatum quantumvis jam Amplisſimum Ampelographiæ Scriptum, ac inter frequentes Ægrorum, Ampelographia D. Sachſii notatur opem

opem Tuam implorantium, Lacrymas, quantillum Temporis ab illis Tibi vacuum relinquitur, aliis identidem, aliiſque elucubrandis Libris lectisſimis inſudares. Jam enim Opuſcula, ut vocas, quatuor, ex celeberrimo Inclutorum Naturæ Curioſorum Collegio, propediem edenda, percipio excudi: ex quibus non ſine causâ ſuſpicor præconceptam à Te Cancrorum doctrinam excellere; rem, ſine dubio, ingenioſam, perutilem, experimentorum varietate gratam, fultam judicio, &, verbo, verè Curioſam. Ejuſdẽ Tractatus de Cancris

(3.) Cancris enim in Medicinâ quid utilius, quemadmodum ad Affectus quamplurimos procurandos, ſic nominatim ad Vulnera, quibus tàm internè in corpus, quàm externè, ſub certis formis adhibiti auxilium ſtupendum præſtant; fluviatiles præcipuè, quorum vis prætereà ad phthiſin, hecticam, ſedandos dolores ac Inflammationes, Rabidi canis morſum, & alia, commendatur. Cancrorũ fluviatil. in Medicinâ laus: Ne maximè memorem Te de Lapillis vel Oculis eorundem moneam, quorum uſus pariter efficacisſimus eſt in Sanguinis extravâſati glacie colliquandâ, affectibus Renum emendandis, & reſtituendo tono Ventriculi, qui Sanitatis & Morborum quamplurium eſt quædam quaſi radix. Ut & Oculorũ Cancri. Immò dicere non vererer, Lapideos iſtos, quos vocant, Cancrorum oculos, ſi reliqua, ad

quæ proſunt, attendas, non immeritò dici poſſe Contrayervam animalem, ac Bezaar quoddam Septentrionalium.

Phyſiologia etiam Cancrorum utilis.

(4.) Sed & quàm gratum ac utile Animi pabulum eſt, ſi, præter ſalutarem iſtum Cancrorum in Medicinâ uſum, Naturam eorundem, & quæ eidem quandoque ſuperveniunt, paulò liberiùs contemplemur! Ex quibus rariſſimum eſt hoc, curioſiſſimumque, quod Aſtacorum in Lapidem converſorum hiſtorias, in gratiam Lithologiæ meæ, quam meditor, tribuere promittis; cujus rei eventum proinde etiam avidè exſpecto. Interim non dubito, quin valdè ſimiles ſint futuræ his, quæ me pariter ad Admirationem non levem adegerunt.

Cancrorum in Lapide converſorũ Exempla.

(5.) Cancrum quippe in Lapidem converſum vidiſſe ſe Neapoli in celeberrimo Ferrantis Imperati Muſéo, fideliter teſtatur Pflaumerus part. 2. Mercur. Italic. pag. m. 65. Pagurum Venetum, *Granciporro* dictum, qui de ſpecie Cancrorum marinorum eſt, eumque lapideum, poſſedit & delineatum dat Calceolarius, ſect. 3. Muſéi, pag. 429. Ac ipſe Paguros aliquot, in Saxum commutatos, effoſſosque indubiè è Montibus Vicentinis, obſervavi tùm paſſim Venetiis in Merceriâ ac ædibus Nobilium, tùm imprimis in ſumtuoſiſſimo celebratiſſimoque Roſini palatio, cujus miracula potio-

potiora aliâ Occaſione prodam. Atque Cancros ejusmodi cæteroquin Torellus Sarayna, qui bellum Veronenſe cum Germanis actum Italicè deſcripſit, libro 2. Hiſtor. Veron. intra Montium, ditionis iſtius, viſcera repertos ſcribit, citante Pflaumero modò dicto, part. 1. ☿. Ital. pag. 21. Tum in aliis etiam montibus ac Terris reperiuntur. Ita enim inquit rarisſimus Autor, Fabius Columna, cap. 3. Obſerv. Aquatil. & Terreſtr. circa fin. pag. 9. *In Lapidem verſam habemus Aſtaci ſuperiorem partem, in Campoclarenſi arce exciſam cum aliis Saxeis maritimis rarioribus.* Id quod cap. 21. pag. 48. repetit, ubi quamplurima petrefacta memorat, inventa in Saxeis molibus, ope Cuneorum ac mallei, dum eadem Campoclarenſis arx amplior redderetur. Iidē in Montib9 præcipuè inveniuntur.

(6.) Quapropter mirari obvenit, unde Animalia ejusmodi, Petrefactionis rigori, tractu Temporis, obnoxia, eò deveneriut: ad abdita nempè, immò ſumma ſæpè, & aprica montium, longiſſimè à fluviis aut mari? Sed de hac re inferiùs agetur. Quomodo eò devenerit

(7.) Epiſtolæ Tuæ partem priùs proſequar, & æquè Curioſa, Serpentum etiam petrefactorum, exempla addam, quia anſam ſimul ad hæc mihi ſuggeris, dum ais: *Unicum, cujus nuper quoque facta mentio fuit, exemplum addo, à Domino Mart. Chriſt. Mezgero, Med. Po-* Serpēs lapideus in ventriculo Cervi repertus.

ſon. Hung. fido olim itinerum Achate, communicatum in Literis 25. Octob. 1662. Comitem Hanovienſem eo ipſo anno D. Erbenio, Protomedico Exercituum Cæſareanorum; miſiſſe Serpentem Petrificatum, in Cervi transfoſſi ventriculo inventum. Miranda Spiritus λιθοποιητικοῦ vis. Et mirandum, dum Cervus naribus Serpentes è latibulis extraxit, aut, ut poëta loquitur,

Cervinus gelidum ſorbet ſic halitus anguem, anguis dentium Cervinorum aciem & comminutionem effugerit, integrè ventriculum ſubierit, & in Lapideam duritiem in ventriculo degeneraverit. An ejusdem partes comminutæ, rurſus in Ventriculo coaluerunt, & in Lapidem induratæ? Nova quotidie rimanda & miranda offert polydædala Natura.

Naturę opes in exhauſtæ. (8.) Utique haut ſufficit ætas humana exhauriendæ vel decimæ parti portentorum, quæ quotidie prodeunt in Scenam rerum, nosque ad quendam ſtuporem commovent.

Scriptores de Cervis. (9.) De Cervis, eorumque Naturâ, abundè ſcripſerunt Agricola, Aldrovandus, Jonſtonus, Schottus, & Zoologi alii; quos nominaſſe tantùm hîc ſufficiat. Tantum abeſt, ut

Medicamenta ex Cervo plurima. ad inſignem illam Medicamentorum copiam & farraginem dilabar, eaque nominem, quæcunque ex ſolo Cervo parari per artem poſſunt, quæ certe varia ac multiplicia ſunt; niſi tantùm hoc, quod non ita pridem Sereniſſimus

mus Saxoniæ Elector, Dn. JOH. GEORGIUS II. Scrinium inſignis precii ac artis Dresdâ Florentiam dono miſit Magno Duci Hetruriæ, plenum quamplurimis Medicaminibus, ex ſolo Cervo, diverſimodè, elegantisſimèque paratis.

(10.) Inſignem autem quandam cervo contra ſerpentes antipathiam eſſe, verbo tangit Caſp. Schottus lib. 8. Phyſ. Curioſ. cap. 23. pag. 988. Unde mirum non eſt, quod in Hiſtoriâ à Te allatâ, Serpens à Cervo, halitu per nares attractus dicitur. Fortaſſis enim præceſſit pugna, à Plinio, niſi fallor, lib. 8. cap. 32. tacta. Eſſeque hanc Cervorum Naturam, ut è profundis Cuniculis Serpentem, inſpiratu narium, alliciant, præter alios docet Oribaſius, citante Joh. Bened. Sinibaldo, Medico Romano, lib. 1. Geneanthropiæ., tract. 3. cap. 7. pag. 85. a. Cervi & Serpentis Antipathia.

(11.) Multò minùs mirum, quod Serpens in ejusdem Cervi ventriculo receptus eſt, cum id ſæpe aliàs accidat, ut illorum pulmones aut gulam, qui ore diducto dormiunt, factâ ab ipſis Inſpiratione, præſertim fortiori, vermes, araneæ, culices, lacertæ etiam ac ſimilia, ingrediantur. Id quod potentiæ halitûs debetur, qui illud, quod utcunque mobile ac ſibi obvium eſt, facile ſecum rapit, concitatus periculo vacui, cujus metu imprimis Natura, Reſpirationis vis.

Ejuſdē Neceſſitas, novo Autoris argumento declarata. præter alias Cauſas, Reſpiratione nos donavit: quod poſterius aſſertum aliâ vice, ex principiis, è Medicinâ Staticâ deſumtis, probatum, exemplisque Mechanicis, Pneumaticis, illuſtratum, ſub formâ ſive Paradoxi, ſive minimùm Problematis, ferente ſic diſcurſu, conſtituere annitar.

Corpora digeſtioni inepta, deglutita. (12.) De Deglutitis interim Corporibus variis, atque non Animalculis ſolum, ſed & aliis, v.g. nummis metallicis, lapillis, cultro, oſſiculis, ligamentis crucis & tendinibus, corii, pomi citrii, vel Caſei fruſtis, annulis item, acubus aut clavis ferreis, aut plumbo, rebus digeſtioni penitus ineptis, & propterea, eâdem, quâ deglutita fuerunt, facie, vel rejectis poſt Tempus bene longum, vel alioqui in ventriculo repertis, & vix ibidem alteratis, videri

Schookii liber de Fermētatione notatur. poteſt Clar. Martinus Schook, cap. 23. pag. 381. ſeq. libri de Fermento & Fermentatione, noviter conſcripti, in quo Williſianam de Fermentatione doctrinam examinat, & probare contendit, artificiales Chymicorum operationes, quibus Thom. Williſius, Medicus Angliæ celeberrimus, aut alii, Fermentationis naturam exponunt, eodem loco vix habendas eſſe, cum Experimentis in Corpore Animalium occurrentibus. Sed hoc obiter.

Serpēs à puero deglutitus. (13.) Jamque, quod Serpentem, à Cervo deglutitum, viciſſim attinet, referri poteſt

huc

huc, quod Petrus Borellus, Regius Galliæ Medicus, cent. 1. obſerv. 23. adducit, à puero quodam Monſpelienſi, cruciatibus alvi valdè diſtorto, Serpentem tandem, craſſitie digiti minimi, ſed decem pollices longum, ejectum fuiſſe, qui dormienti puero forte in corpus irrepſerat. Curioſa ac ſingularia alia de Serpentibus, eorumque veneno, & hujus effectu diverſo tractat Sebizius in Hiſtoria casûs cujusdam miri ac miſerabilis, Orbi jam pridem cogniti: de Hieroglyphicis eorundem & Viperarum, Fortunius Licetus lib. 6. de perpet. veter. Lucern. cap. 21. integrumque tractatum de Viperâ Pythiâ, ſive de Viperarum Naturâ & Veneno edidit Marcus Aurel. Severinus, Profeſſor Neapolitanus; ut Zoologos non addam. Autores de Serpẽtibus.

(14.) Quæ ſive Viperarum, ſive Serpentum natura & vis in veneni miasmate imprimendo quàm pernix & admiranda eſt, tantum ſtuporem pariter meretur, quod Serpens, quem in ventriculo Cervi transfoſſi repertum ſcribis, *Sachſi Clariſſime*, petrefactus ibidem fuerit, Saxeumque, ut ſic dicam, ſuum ipſius Cadaver, in ſepulchro carneo locarit. De quo propterea non ſine cauſa ambigis, an Serpens ille integer in Ventriculum Cervi devenerit, habituque eodem ibidem induruerit? an Partes ejusdem comminutæ, rurſus in ven- Regreſſus ad Hiſtoriam Serpentis Petrefacti. Dubia circa eandẽ.

tri-

triculo coaluerint, ſuperveniente Lithopoëticâ vi poſtmodum petrefactæ? *Si enim* Integer
I. aſſumtus, & in lapidem, intra ventriculum Cervi converſus ſit, dubium ſuboritur, unde tanta Principii Petrifici energia devenerit, quæ ad omnes abſorpti Animalis partes permeandas, perfectèque mutandas, ſuffecerit?
II. *Vel etiam*, cur partes ventriculi Cervini penitus intactas liquerit, nec ullam earum etiam
III. petrefactionis rigori condemnarit? *Si viciſſim verò* Serpens idem diſcerptus utcunque à dentibus, ac imprimis per viam fermentationis in ventriculo comminutus ſit, dubium aliud relinquitur, an, & quomodo Partes iſtæ unitæ rurſus, atque ad priſtinam ſuam figuram & integritatem regreſſæ, ac poſteà petrefactæ fuerint?

Reſponſio ad I. Dubiũ. (15.) Ad quæ reſpondetur, pro mei quidem ingenii modulo, quantum ad prius præſentium dubiorum attinet, veriſimile mihi videri, Serpentem non fruſtillatim, ſed integrum à Cervo fuiſſe devoratum; (antequam enim maſticaretur, Lubricitate ſuâ tranſiit.) atque integrum etiam, quoad exuvias minimùm aut cutem, aliquandiu in Ventriculo remanſiſſe, donec internæ ejus carnes cum tempore, per proprium fermentationis motum ad eum deſtructionis ſuæ gradum; Saliaque, carnibus illis radicaliter inhærentia, ſed ob iſtam

Petrefactionis modus utcunque deſcribitur.

iſtam putredinem reſoluta, ad eam activitatis ſuæ ſphæram, & ſtatum, eamque œconomiam, ut ſic dixerim, ac diſpoſitionem redacta fuerint, quæ cum particulis Terræ, æquè ſolutis, & glutine viſcido, poſt reſolutionem miſti non raro cùm fœcibus Terreis remanente, quàm maximè determinaretur à Naturâ, ad opus Lapideſcentiæ ineundum, facto præſertim concurſu peculiari Salis cujusdam volatilis, quod ab aliis Spiritus Lapidificus diceretur.

(16.) Neque Scopus Lithologiæ meæ, quam meditor, ſive tractatus de Corporibus Petrefactis excurret aliò, quàm, ubi in cauſas Petrefactionis, modum fiendi, & requiſita quædam inquiretur, *quod I. Nulla Petrefactio fieri ſoleat, ſine certo quodam prædominio & Activitate Salis.* In Sale enim, ex Sale, & in Sal, abeunt, prodeunt, redeunt omnia. Sal omnium miſtorum baſis, & mutationum cauſa eſt. *Sal,* (verba ſunt Joh. Sophronii Kozak, Tract. Med. d. Sale, cap. 1. ſect. 3. pag. 6.) *ſolvit, Sal ligat; Sal attollit, Sal deprimit; coarctat, dilatat; vivificat, & mortificat omnia.* Id quod exactè quadrat cum doctrina Crollii, qui præfat. Baſilic. Chym. pag. 75. ait: *Spiritus Salis, qui eſt Heros & Dominus coagulationis in variis ſubjectis, ſcindens materiam reſolutam, ſeu ſeparatam à nutrimento & Excremento, generat calculum.*

Lithologiæ ſcribendæ Scopus I.

Sal, miſtorum omniũ Clavis.

Loqui-

Loquitur autem ibi Autor non de Spiritu Salis Artificiali, ſeu Liquore illo acido & corroſivo, qui Chymice ex Sale culinari educitur; ſed philoſophico magis, atque in corporibus noſtris, culpâ Alimentorum, hærente; quemque ob ſummam, quâ gaudet, ſubtilitatem, & agendi vim, Spiritum nominat.

Scopus II. (17.) II. *Quod Salia, ſecundùm differentias ſuas, ſint accuratè, quàm fieri poteſt, conſideranda & diſcernenda.* Nam etſi *Sal* propriè & in ſe ſpectatum, *ſit* unius tantum & ſimpliciſſimæ

Salis natura quæ? quodammodo naturæ, atque, ut belle Joh. Sophr. Kozak ante-laudatus loquitur, cap. 1. Sect. 9. p. 24. *Spiritus, ſed non ſine corpore; corpus, ſed ſpirituale: Aqua in aquis, ſine aqueâ humiditate, & terra in Terrâ, ſine terreſtri ponderoſitate*; cui conſentit Petr. Joh. Faber lib. 1. panchym. cap. 1. qui Salem planè *Naturam*, tanquam ad abſolvendam naturam miſtorum ſummè neceſſariam, atque ſic Corpus Naturæ iſtius, h. e. Materiam Salis centralis, *Spiritum Luminis* appellat, quod Lumen (ſeu aura Salis ſummè balſamica) in centro cujuscunque rei creatæ (intellige verò, Miſtæ) lateat, eique inhæreat Sulfur radicale, ac Mercurius innatus ac primigenius, ita, ut duos ſecum habeat conjunctos fratres, à ſeipſo inſeparabiles, &c.

Differentiæ Salium Ratione Modi Subſiſtêdi. Salia tamen viciſſim, ob certos ſubſiſtendi, ſeſeque cum aliis miſcibilibus, in diverſis ſpecie

cie Subjectis, conjungendi modos; tum & ra-
tione Statuum imprimis (ne effectus diſtin-
ctos, ex diſtinctâ craſi & ſtatuum manſione
reſultantes taceam) inſigniter, & magnâ, ut ſic
dixerim, Cœli parte diſcrepant.

(18.) Nam *ratione Modi exſiſtendi*, Salia, Salia
n genere, ſunt, vel Naturalia, vel arte edu- Natu-
ta. *Naturalia* vel in Miſto, vel extra Miſtum ralia.
int. *In Miſto, tùm Animali*, & ſunt plerumque
artarea, Lixivialia, & Nitroſa; *tùm Vegetabili*,
ſunt pariter non modò Tartarea, ſed Nitro-
etiam; de quibus cum fœnore educendis
ulta, nec ſimpliciter repudianda, Glaube- Glauber-
is aſſerit; *tùm Minerali*, & ſunt plerumque rus no-
tramentoſa ac Vitriolata, per rubiginem ſe, tatur.
el ſponte, in Metallis manifeſtantia. *Extra*
iſtum dein, *in Aëre*, partim Nitroſa, unde
uviarum & Roris fœcunditas; partim Tarta-
a, unde Fulminum vis deorſum vergens, quâ Fulmi-
re curioſè ac prolixiùs diſquiri poſſet: *In* na cur
quâ, v.g. Marinâ, Lacuſtri, & fluviatili; qua- deorſũ
m Salia valde ſunt impura, ob reliquias Re- vergãt?
lutorum in Aquis corporum inhæren-
s: tùm & Fontanâ, acidulari, & Ther-
ali, quæ ſecundùm Venarum, per quas
lantur, naturam & mineram, permul-
m diſcrepant, nunc alumen, nunc chal-
nthum, aut Nitrum, nunc Bituminoſum,
artiale, Solare, aut aliud quid referentes:

ac

ac *in Terrâ* denique, *ſive quoad* internas ejus cryptas, & abditos meatus, chalcantho, Sale foſſili, alumine, Nitro, Arſenico, (quod æquè ad Salia, ac Sulfura pertinet) turgidos; *ſive quoad* Superficiem ejusdem in campis, & exteriore Montium Margine, cujusmodi Montana, ſale veluti adſperſa, quemadmodum admodum hodie etiamnum aliquot ab Autoribus, ita nominatim hæc ab Oleario citantur, dum is lib. 6. Itinerar. Muſcovitico-Perſic. cap. 2. pag. 692. ait, verbis ex Germanico in Latinum ſic translatis: *Non procul à Carwanſerâ dictâ, ſitum ad dextram ſpectabamus in planitie inſigni montem, Kiliſſim appellatum. Mons hic mediocris altitudinis erat, ſcopulis glabris quamplurimis & appendicibus incinctus. Regio verò ac planities circa montem ob Nitrum & Salem prorſus candicans, tanquam nive conſperſa, apparebat. Famaq; eſt, Salem ibi, quemadmodum Lapides, poſſe effodi.* Atque jam olim Plinius lib. 31. cap. 7. Oromeni, montis cujusdam in Indiâ, meminit, in quo, Lapidicinarum modo, Sal renaſcens olim cæſus fuerit, majore ex eo Regum vectigali, quàm ex Auro aut Margaritis. Eumque montem Celeberr. D. Conringius, diſput. de Sale, Nitr. & Alum. theſ. 7. illum fortè eſſe putat, qui in Ormuz, inſulâ Indis vicinâ, reperitur, optimi Salis fertilisſimus, adeò, ut tota Inſula eo conſtare videatur.

Campi ac Mõtes Salis.

(19.)

(19.) *Salia Artificialia* dein quod attinet, ſunt ea, juxta accuratam Zwelferi diſtributionem, (Append. ad Animadv. in Auguſtan.) vel Legitima, vel Illegitima. *Legitima* diſtinguit in Volatilia & Fixa. *Volatilia* eidem ſunt vel ſimpliciora, & purè ſalſa, vel Acido-Salſa & impura. *Volatilia purè-ſalſa* ut plurimum petuntur, ex Animalibus, eorundemque partibus, ac Latice Urinoſo; ſuntque ipſo nidore quodammodo Urinoſa. Taliaque purè-Salſa eſſe, nec ſale alio coinquinata, conſtat, quoniam acidis averſantur; cautèque proin videndum, in quibus morbis conveniant, vel non; uti prudenter laudatus Zwelferus, pag. 72. admonet. *Volatile* viciſſim *acido-ſalſum* eſt e.g. Sal Ammoniacum, vel aliud, paratum ex Sale quopiam volatili, purè ſalſo, cui poſtea ſpiritus quidam acidus & corroſivus, Vitrioli videlicet, Sulphuris, Salis, vel alius, guttatim affuſus ſit, quousque nulla ampliùs efferveſcentia percipiatur. Cujusmodi Salia quidem ob iſtam ſpiritus acidi miſcelam, converſa ſunt in quid longè aliud; volatilitatem tamen omnem propterea non deponunt; ſed ejus auxilio intimas etiam Corporis penetrare, excrementa craſſa verò, ob conjunctam aciditatem, abſtergere, & attenua-

Salia Artificialia.

Volatile fixatum, ut rurſus volatile reddatur.

tenuare poſſunt, ac magnarum virium ſunt in Medicinâ. Immò ad priſtinum volatilitatis ſuæ ſtatum Salia ejusmodi reduci valent, Exemplum ſuggerente Clar. D. Möllenbroccio, lib. d. Arthritide vagâ, cap. 3 §. 19. dum ait: *Adde Sali volatili Cornu Cervi Spiritum Vitrioli; ſolve in Aquâ purâ, filtra & coagula: Tunc fiet fixum. Huic ſi admiſceas Sal abſinthii, ac Spiritum vini ſuperfundas, beneficio deſtillationis fiet iterum volatile.* Fixa deinde *Salia* Zwelferus pariter diſtinguit in purè-ſalſa, & acido-ſalſa. *Fixa purè-ſalſa* ſunt omnia Lixivialia & Alkalia ſalia, ex plantis, earumque ſtipitibus, foliis, lignis, radicibus, &c. utplurimùm verò ex Vini Tartaro, prægreſſâ eorundem calcinatione, aut combuſtione, inque Cineres converſione, parata: pag. 73. *Fixa* viciſſim *acido ſalſa* ac impura ſunt, ſi e.gr. quædam modo-dictorum Salium Alkalium ſpiritu acido irrigentur, artificioſaque humoris abſtractione poſteà exſiccentur. Id quod imprimis ab illis fieri aſſolet, qui pulcrioris cryſtalliſationis ergò, plantas vel Tartarum non ſimpliciter, ſed cum additâ Nitri parte calcinant, vel Lixivio, ex cineribus parato, Spiritum Nitri, vel Aquam fortem miſcent, indeque ad Cryſtalliſandum re-

Salia ut inelegantes Cryſtallos cõcreſcant.

reponunt. Verùm, ut conſtat, hoc modo Salia redduntur minùs pura, atque ob admiſtas partes heterogeneas, paulò aliter quoque agunt. Ac iſtiusmodi Sal fixus acido-ſalſus proſtat quidem ferè unicè in officinis; Tartarꝰ videl. quem vocāt Vitriolatus, ſeu Sal Tartari, cui liquido adhuc guttatim affuſus eſt ſpiritus vitrioli, ſtrepituque finito, ad Siccitatem, per viam abſtractionis, redactus: ad eundem modum tamen quamplura alia ſalia fixa, purè-alioqui ſalſa, acidulari, ut ſic dixerim, vel Vitriolari poſſunt, ſuffragante eodem Zwelfero, l. d. pag. 74. Ut ſic pertineant ad quartam ſpeciem Salium Artificialium Legitimorum. *Illegitima* econtra, præter Tartarum Vini (qui ad Naturalia potiùs pertinet) eidem Zwelfero ſunt *Salia Eſſentialia* ex Succis vegetabilium parata, Tartarique titulo potius, ob maximè heterogeneam adhuc materiæ ſuæ conditionem, ſubenda: pag. 67. 68. Nec non *Vitriola Metallis ducta*, quæ certè non tàm Salia eſſe Autor aſſerit, pag. 69. 70. quàm Metalla ſa, quia ſi quis e.g. Argentum aquis corroſivis diſſolverit humiditatemque à menſtruo abſtraxerit; remanet Vitriolum, in metallum priſtinum eodem pondere, vi ignis rurſus reducibile; cujusmodi Vi-

Tartarus Vitriolatus quid?

Salia eſſentialia plantarum.

Vitriola è Metallis ducta, quid?

Cauterium indolorificum è Lunâ. triolum, vel Cryſtallos Lunæ, fonticulis Cuti absque omni dolore inurendis inſervire, paulò antè laudatus Möllenbroccius, de Arthr. vagâ cap. 8. §. 20. aſſerit. Immò Nativa, quæ ex Terris eruuntur, Vitriola, nihil aliud eſſe Zwelferus noſter prudenter exiſtimat, quam Metalla, in Viſceribus Terræ, per ſubterranei Caloris vim ſoluta; pag. 71. Atque hactenus de Salibus, ſecundùm Modum ſubſiſtendi conſideratis.

Vitriolũ foſſide quid?

Differentiæ Salium ratione Statuũ. (20.) *Ratione Statuum* dein, Ordinum aut Manſionum, Salia ſive Naturalia, ſive quodammodo & artificialia, ex doctrinâ præſertim ingenioſiſſimi D. Thom. Williſii, Medici Angli, lib. d. Ferment. cap. 2. ſunt vel *Fixa*, vel *Fuſa* vel *Volatilia*, vel *Fluxa*.

Sal Fixum quid? (21.) *Status Fixus* Salis eſt, cum id Spiritu Fermentatore ferè deſtituitur, conſtrictumque cum Terrâ & Sulphure concreſcit; cujusque fixitatem æmulatur Ars per Vitrificationem & Laterum fictilium coctionem.

Sal Fuſum quid? (22.) *Status Fuſionis* eſt, quando Sal (in Miſto) diſſolvi jam, perque totam illius compagem explicari incipit. Eſtque quaſi medius inter altam Salium fixorum quietem, & motum Volatilium: atque ſe in

plantarum germinatione, fermentatio-
um initiis, rudi rerum formatione, ſapo-
ingrato, acerbo, ac auſtero, manife-
at.

(23.) *Status* dein *Volatilitatis* eſt, quan-
o Salis partes poſt primum iſtum motum
agis vigeſcunt, materiam magis perme-
it, exagitant, atque ad maturitatem (in
uctibus) diſponunt, corpuſcula quæ-
im in motum concitant, alia figunt, & in
ipideam duritiem (diſpoſitivè) conge-
nt. A quâ Salis volatilitate proin Sapor
ilcis provenit, Rubedo Sanguinis flori-
i, & hanc conſequens Corporis pulcri-
ido, ac ſimilia.

Sal Volatile quid?

(24.) *Status* denique *Fluoris* eſt, quan-
o particulæ Salis, omni tandem hetero-
neàrum rerum vinculo ſolutæ, ac liberæ
vadunt & priùs dominium aliquod in re-
qua miſcibilia exercent, totique compa-
acorem induunt. A cujusmodi Salis
iore proin e. g. Vinum, Lac, Sanguis,
it Edulia, palato prius grata & dulcia,
iando corrumpi incipiunt, ingratè ad-
odum aceſcunt. Quo ipſo nunc abſo-
tum eſt membrum etiam alterum eo-
im, ad quæ ſupra (§. 16.) innui, Sco-
im Lithologiæ meæ excurſurum eſſe.

Sal fluxum quid?

(25.) His adde III. quod ſupponam; Scopus III.

Digitized by Google

Nempe, vix ullam Corporis alicujus Petrefactionem fieri, niſi ope quemadmodum Salis alicujus; ſic in ſpecie Volatilis, ſed qui ad Statum Fluoris jam redactus ſit: unde conſectarium hoc emerget, quod *Unaquæque Petrefactio præſupponat corporis in Lapidem convertendi deſtructionem aut corruptionem.*

Scopus IV. (26.) IV. *Quod* denique *ad id Morâ quadam opus ſit.* Neque enim momento fiunt Petrefactiones; aut, ſi fiunt, prout Uxor Lothi momentaneò in Statuam Salis (rectiùs Lapideam) vel noſtro ſeculo, propè Tripolin, in Africâ, Barbariæ ibidem Urbem, urbs quædam continuò in Saxum induruit, &c. Contingit id ob nimiam copiam, puritatem & libertatem Salis alicujus petrefici, volatilis aut fluxi, qui maximo impetu ac veluti procellâ quadam alicunde emergens, corpusque imprimis perſpirabile inveniens, continuò illud occupat, quicquid Volatile in eo eſt, corripit, ſibi unit, diſcuſſiſque vel ob ruditis violenter Spiritibus, potentiam omnem fermentandi adimit, atque Terreſtrem corporis compagem torpidam, ſpiſſam, exhauſto ſale omni volatili, innatâque ipſi Salium fixorum vi, ſpontè congelantem, ac indureſcentem linquit, non ſecus,

Urbs Barbariæ, tota in Lapidē conversa.

Petrefactionis modꝰ iterum utcunq; deſcribitur.

atq;

atque ſanguis continuò concreſcit, & velut in gelatinam vel glaciem convertitur, diſcuſſis per diuturnum mœrorem, ſubitaneos interdum etiam terrores, vel alias cauſas Spiritibus; quorum Natura quidni in Sale quodam Volatili conſiſtat?

(27.) Jamque ut ad Hiſtoriam Serpentis Petrefacti, atq; in Ventriculo Cervino reperti, paulò propiùs regrediar, eique omnes iſtos quatuor Scopos, ad quos potiſſimùm Lithologiam meam directum iri innui, affectatâ conſultò brevitate applicem, Applicatio Scopi I. ad Hiſtoriã de Serpente Petrefacto.

I. Quis Sale deſtitutum fuiſſe credat Corpus Serpentis illius, in Cervo reperti, cujuscunque etiam ſpeciei Serpens iſte fuerit? Fuit enim corpus miſtum, quod neceſſariò Salem recipit; fuitque nominatim Animal. Animalium verò fœcundationi maximè omnium inſervit Sal: & ſine Salis activitate nulla fit ſeminum fabrica, nulla in Utero conceptio, nulla eorundem in Utero ſuſcitatio, atque ad formam partium perfectiorem reductio. Adhæc Sal tàm volatile, quam fixum, ex corpore tàm Serpentum, quam Viperarum, per artem elici poſſe, notum illis eſt, qui ad intimiora Chymiæ paulò altiùs conſcenderunt. A quo Serpentum Sale tamen, ad acceleran- Salis neceſſitas ad generationẽ. Sal Serpentũ ac viperarum.

dam Serpentis in Cervo reperti Petrefactionem, Sal quoddam Volatile Sanguinis Cervini minimè excludimus, ideò, quod, ut dictum eſt, Salia volatilia, Corpori immutando aliunde ſupervenientia, multum valeant ad Lapideſcentiam promovendam; & Sale volatili præ Sanguinibus aliis Animalium ſcateat Cervinus Sanguis, quod deſtillatio ejusdem probat; quiquę quàm facilè ex Venis Capillaribus in Ventriculum transſpirare; Corpusque Serpentis certo modo occupare potuerit.

Sãguis Cervi Sale volatili abundat.

(28.) II. *In Corpore Serpentis*, à Cervo deglutiti, *exſtitiſſe diverſos Salium*, ei inhærentium, *Status ac manſiones*, patet: Si enim Salia, Corpori Serpentis inhærentia perpetuò in eodem ſubſtitiſſent Statu, Serpens utique; qui vivus indubiè deglutibus eſt, dejectus non fuiſſet à culmine vitæ per viam Corruptionis ad barathrum mortis, donec prorſus deveniſſet ad abiiſſum ultimæ, vel reſolutionis, vel petrefactionis. Durante enim vita alius eſt ſtatus Salium, alius, dum Corpora corrumpi incipiunt, alius, dum eadem actu corrumpuntur, reſolvuntur, aut petreſiunt.

Applicatio Scopi II.

(29.) III. Veriſimile eſt, *Serpentem* in ſtomacho Cervi *prius petrefactum non fuiſſe*

Applicatio Scopi III.

iſſe, quàm utcunque *corruptum & putrefa-ctum*; quæ putrefactio activitatem Salis non tàm fixi aut fuſi, quàm volatilis aut fluxi infert. Immò Corruptio & mors neceſſario præceſſit, quia quemadmodum Petrefactio, tanquam ſpecies quietis in particulis fermentabilibus, & Mors, agilitati Spirituum, & vitæ contraria eſt, fermentationemque in Animatis ac aliis corporibus vel impedit, vel certè non comitatur, usque adeò, ut Spiritus, vitæ ſatellites ac promicondi non poſſint ſimul quieſcere & moveri; Contraria enim non habentur ſimul in eodem ſubjecto: ita facilè pateſcit, non fortaſſe aut per conjecturam aliquam, ſed quadam Naturæ neceſſitate, Serpentis naturam priùs deſtructam & utcunque corruptam; illumque poſteà petrefactum fuiſſe.

Petrefactio deſtructione Corporis præſupponit.

(30.) IV. Denique *non momentaneò, ſed pedetentim contigiſſe Petrefactionem iſtam*, liquet; ut enim nullus motus fit ſine Tempore temporis verò curriculum fundatur in merâ & continuâ momentorum ſucceſſione non ſecus, atque Linea, juxta Geometras, ex plurium punctorum fluxu, & collectâ eorundem in longum, latum, vel profundum unione oritur; Salia verò petrifica porrò non

Applicatio Scopi IV. Tempus deſcribitur.

præſtant id, quod præſtant, antequam vel volatilia, vel fluida ſint; qui eorundem ſtatus in motu quodam conſiſtunt & fundantur; ita, quod jam antè dictum eſt, Petrefactio requirit moram; quæ certè & in hiſtoriâ præſenti adfuit. Vel probandum eſt, Serpentem eodem, quo deglutitus à Cervo eſt, Tempore, & induruiſſe ſimul, & ſaxeum ab hominibus, in Cervo eviſcerato, inventum fuiſſe.

Petrefactio morâ indiget.

(31.) Jamque omnia quatuor hæc, quæ hactenus circa doctrinam Salium & Serpentis in Cervo petrefacti, attulimus, intelligi quam optimè poſſe de Serpente iſto, quatenus is non comminutus forſan ope maſticationis aut digeſtionis, ſed quatenus *integer* aſſumtus, *integerque* in Saxum commutatus fuerit, etiam apparet, nam

Alia eorundem Scoporum applicatio.

I. I. *Si Sal* neceſſario, atque non diſpoſitivè ſolum ſed materialiter etiam *requiritur ad conſtitutionem Miſtorum*, maximè Animalium; Sale etiam Serpens ſive Integer, ſive in fruſta conciſus, conſtitit.

II. (32.) II. *Salem* in integro Serpente *diverſas manſiones ac ſtatus habere*, ſi non aliunde, certè ex viventibus adhuc, cum maximè integra ſunt, apparet. Inde enim perfectio partium, vel imperfectio, æta-

Sal omniũ (in miſto) mutationũ cauſa.

ætates, earumque pathemata, Corporis pulcritudo & deformitas, Sanitas ac Morbus, Vitæ activitas & Agon, nec non tàm Saporum, quàm odorum & Colorum maxima diverſitas, & alia; quæ omnia non abſone Kozakius ad regimen Salium transſcribit; immò ipſos etiam Affectuum exceſſus, moderationes, vel defectus.

(33.) III. Dum *PetrefactionesCorporum* III.
ut plurimum *pedetentim fieri* ac intercedente eorundem corruptione quadam, diximus, quid obſtat, quò minùs idem de Serpente, Integro adhuc, intra Ventriculum Cervi reperto, aſſeramus? quandoquidem foris etiam Cadavera in Campis ac alibi, ultimæ deſtructioni quantumvis proxima, ſat diu ſæpe integritatem ſuam & partium connexionem ſervant; vel ſub terrâ perſeverant, antequam aliis atque aliis mutationibus ſubjiciantur.

(34.) IV. Denique *Succeſſivè, nec mo-* IV.
mentaneò Integro Serpenti Petrefactionis rigorem obveniſſe, facile collectu eſt, quia ſi Mora ad metamorphoſin parti tantùm alicui inducendam requiritur, multò magis ad totum aut integrum Corpus, ſpiritu Gorgonio perfundendum requiretur.

(35.) Summatim itaque, ut hactenus-

allata

allata claudam, veriſimile admodum, vel certe non abſurdum eſt, Serpentem, velut integrum abſorptum à Cervo, ſic integrum etiam in ejusdem Ventriculo ; ſucceſſu temporis in naturam Lapideam mutatum fuiſſe; ut hoc pacto *primo* Tuo *Dubio, Sachſi Nobiliſſime*, litatum à me utcunque, cenſeam.

Reſpõſio ad Dubiũ II. (36.) *Alter Scrupulus*, qui æquè, ut prior, ex eruditiſſimâ Tuâ Epiſtolâ ad me deduci poterat, erat hic: *Cur* ſcil. *principium Petrefaciens*, quodcunque etiam illud ſit, naturam Serpentis pervertendo, *Ventriculi Cervini partes penitus intactas liquerit*, nec ullam ejus particulam ſimul in Lapidem mutarit? Ad quod Reſpondetur: Ex effectu videmus, principium iſtud eâ copia non adfuiſſe, ut ulteriùs proſerpere, ſimilemque Metamorphoſin in particulis etiam, ad Ventriculum cervi ſpectantibus, exercere valeret, cum omnia in Naturâ fiant certo rerum pondere, certâ proportione & menſurâ. Adhæc materia partium earum fortè inhabilior fuit recipiendæ Petrefactioni, ob vitæ in Cervis activitatem, & Spirituum, ſanguinem vegetantium, Petrefactionemque impedientium, continuam vim & irradiationem.

(37.) *Ter-*

(37.) *Tertium* denique *Dubium* erat hoc: *Quodſi Serpens non integer, ſed* diſcerptus vel à dentibus per opus maſticationis, vel ſponte, per viam fermentationis, in ventriculo; atque ſic *comminutus*, digeſtus, & reſolutus *fuerit*, *an*, & *quomodo partes ejus uniri rurſus*, ad priſtinam ſuam figuram & integritatem redire, ac poſtea petrefieri *potuerint?* Ad hoc reſpondetur: I. Veriſimile eſſe, ùt ſerpens, quemadmodum integer à Cervo deglutitus fuit, ſic integer etiam in lapideam naturam induruerit, jam antè protuli. II. Conſpirat hiſtoria ipſa, quâ ſerpens iſte petræus non in fruſtra conciſus, ſed integer repertus dicitur. Quid ergo fruſtilla quæramus, ubi integrum habemus? III. De Natura ingeſtorum per os, difficulter reſolubilium eſt, ut diutiſſimè ventriculo inhæreant citra manifeſtam ſui divulſionem. Atqui caro ſerpentum quàm facilis digeſtu alicui videri poſſit, uti tamen reipsâ talis hautquaquam eſt; veſtita tamen imprimis, ac quaquaversùm, exuviis eſt, digeſtioni repugnantibus. IV. Denique ex corpore in fruſtra comminuto, ſicque non phyſicâ ſolùm, ſed mathematicâ etiam partium ſuarum unione privato, idem numero, magnitudi-

Reſpõſio ad Dubiũ III.

ne, figurâ, & connexione priſtinâ corpus vel ædificare, vel parabile per artem imaginari ſibi tantùm, velle qui præſumit, videat, ut probet.

Reſuſcitatio plantarum ex cineribus, Lixiviis, vel ſalibus ſuis.

(38.) Multa quidem, eaque ſatis curioſa, de Plantarum ex Cineribus ſuis reſuſcitatione earundemvè in Lixiviis ſuis aut ſalibus repræſentatione, tractant Autores, atque futuram Reſurrectionem generis humani hoc pacto in Natura quoque adumbrari, religioſe forſan magis, quam prorſus accuratè autumant; ſiquidem obſervata fuiſſe ſcribitur *Urticæ vera*

Urticæ imago in Aquâ.

Imago in Aquâ congelatâ, ex relatione D. Joh. Dan. Horſtii apud Schröder. procem. lib. 5. Pharmac. item *Sal Abſinthii*, cujus ope totum Abſinthium poni poſſit ob oculos, autore eodem Clar. Horſtio celebratur apud eundem Schröderum, qui pariter de quodam Sale Abſinthii, certa ratione elevato, teſtatur, quòd lateribus Alembici adhærendo, priſtinam plantam ſuam dilucidè repræſentet. Immò ſcribit, Beguinus, lib. 1. Tirocin. chym. *Sales Herbarum*, præſertim calidarum, ſi certo, ſibique cognito, modo *ſeminentur*, producere alias ſuæ ſpeciei herbas; mihique Amicus quidam, ubi Româ is redierat, retulit vidiſſe ſe ibi in ſcriniis celebratiſſimi Athanaſii

SalAbſinthii, priſtinam plantã exhibens.

Salium ſeminatio.

naſii Kircheri ſive Caltham, ſive capillum aut Umbilicum Veneris, ſive plantam aliam, ex ſale ſuo, aut cineribus, blandi caloris ope, in vitro facile reſuſcitatam; eamque non adhæreſcentem Lateribus dicti vitri, in modum ſalis cujusdam conglaciati; ſed libere ex fundo, in concavo vitri ejusdem effloreſcentem. Nam, quod alioqui ſalia quædam, vel Lixivia, frigori expoſita, attinet, novum usque adeò non eſt, ſicubi ad latera vitri alicujus in frigore concreſcant, ut miras fruticum, arborum, Coraliorum mire divaricatorum, ac aliarum rerum figuras referant, cum id vel in ſolâ glacie, feneſtris adhæreſcente, videamus, in quibus ſtupendæ interdum reſultant Montium, Urbium, Inſularum, Nemorum, Segetum, Cornuum, & mille aliarum rerum Larvæ; quarum contemplatione ductus dein, diverſarum plantarum Lixivia in vitro, calentia adhuc, ut lateri ejus eò plùs vaporis adhæreſceret, frigori ad congelaſcendum expoſui, atque obſervavi, ex *Lixivio Abſinthii* effloreſcere Imagines, ſimiles Abrotano; quas vero levi manus operâ continuò mutare poteram in germina, brancam urſinam, vel plantanum utcunque mentientia.

Planta reſuſcitata apud Kircherum.

Miræ rerũ figuræ in glacie.

Lixivii de Abſinthio congelati figura quid?

(39) Ve-

Epicriſis de Plantarum reſuſcitatione

(39.) Verum, ut ad plantarum, ex Exuviis ſuis reſuſcitationem imprimis redeam; I. quam pauca & rara ſunt ejus rei exempla? II. quantopere Autores inter ſe non conveniunt, alio Sal fixum, alio Volatile, ad inſinuandum rei miraculum urgente. III. Neque ſolidi quicquam ineſt plantis iſtiusmodi, ut videntur, reſuſcitatis: denegato enim ipſis calore externo, facilè, niſi fallor, in priſtinum, in quem redactæ ſunt, cinerem relabuntur, nec priùs repullulant, quàm novo, eoque blando Lucernæ calore, quicquid volatile in ipſis eſt, rurſus excitetur. IV. Neque porrò, ſi plantæ, certo artificio tractatæ, reſurgunt ex cineribus ſuis, atque, phænicis inſtar, reviviſcunt, reſurgunt eodem prorſus pondere, vel magnitudine, quâ primitùs gaudebant; id quod neceſſarium foret, ſi vera daretur earundem Reſuſcitatio. V. Multò minus Salia vel Lixivia congelata ſunt id, quod referunt; ſed meræ rerum larvæ, mera corporum idola, & mira ludentis Naturæ pægnia. Ut proinde Celeberrimus Dn. D. Rolfincius non ſine cauſâ Reſuſcitationem Plantarum, verbo, pro *Non-Ente Chymico* habeat, lib. 6. niſi fallor, Artis Chimicæ, magno poſterorum commodo noviter in Lucem miſſæ.

Suffragium D. Rolfincii.

(40.) Atque tale fortaſſis, vel certe non multum abſimile judicium etiam ferendum erit de Exemplis, quæ hanc in rem præterea ex Animali Naturæ Regno adducuntur. In *Aquâ* enim *ſtillatitiâ Spermatis Ranarum*, imagines earundem repræſentatas fuiſſe, refert ante-laudatus Horſtius apud Schröderum. Atque, de quo tamen minùs dubitandum, ex Avicennâ, & aliis refert inclytus Sennertus lib. 2. Inſt. Med. part. 3. ſect. 2. cap. 4. mingere â Cane rabido demorſos *Urinam, in qua appareant* res carnoſæ mirabiles, *quaſi animalia, & quaſi Canes parvi.* Idemque Sennertus, ibidem, ſibi pro vero relatum aſſerit, ex *ſpumâ Canis rabidi*, veſti, aut linteis inhærente, animalcula quædam, catellis ſimilia, generata fuiſſe. Id quod obſervaſſe ſemet imprimis gloriatur Salmuthus cent. 2. obſerv. Medic. 83. qui ibi videatur. Nolo enim Hiſtoriam conceptis ab Autore verbis huc transſcribere. Cæterum & per Urinam *ab Araneis* læſorum, aranearum ſimile quid excerni, ante laudatus Sennertus aſſerit, in Tract. d. Morb. occultis. De plantarum reſuſcitatione, vel miris etiam ejusmodi Animalium idolis & palingeneſiâ plusculis meminerunt idem Sennertus, Libavius, Flut, Quercetanus

Ranarũ imagines in deſtillato earũdem.

Canum effigies in Vrinâ à rabido cane demorſorum.

Item in Veſtibus à cane rabido demorſis.

In Vrina alia quid Araneis ſimile.

Scriptores de plantarum & animalium palingeneſia

& Horſtius, apud Schröderum. Borellus item lib. 4. obſ. 34. Excell. D. Rolfincius, lib. 6. Art. Chim. c. 3. Henr. Meibomius in ſingulari ac pereruditâ Epiſtolâ, quæ præfixa eſt Conſiderationi Corporis Glorioſi autore Theophilo Spizelio, Auguſtano; Caſp. Schottus part. 2. Mechanic. Hydraulico-pneumat. claſſ. 1. cap. 6. machin. 8. pag. 313. Tuque imprimis ipſe, *Sachſi Clariſſime*, in duobus Ampelographiæ Tuæ locis, pag. videlicet 636. & in append. pag. 67.

Repetitio & Concluſio Dubiorum.

(41.) Quo ipſo concluderem totum Dubitationis noſtræ negotium, an ſcil. Serpens in Ventriculo Cervi petrefactus, integer ſemper remanſerit, à primo deglutitionis puncto; vel an ſolus ibidem obriguerit; tum &, an comminutus antè, & digeſtus, ac poſtea miro Naturæ magiſterio ad priſtinam partium unionem relapſus fuerit; niſi Hiſtoria quædam *Caſtaneæ, ex Sale ſuo repullulantis*, me moveret, quam proinde non minùs deſiderio Tuo, quàm Lectorum judicio transſcribo ex D. Joh. Agricolæ, Phyſici in patriâ noſtrâ famigeratisſimi, Tractatu de Antimonio, qui exſtat part. 2. Comment. in Chym. Poppii, pag. 237. verbis ex vernaculo Idiomate ſic in Latinum transfuſis à me: *Vidi*

Caſtanea ex Sale ſuo reſurgẽs.

Vi-

Viennæ penes pharmacopæum, qui Conſtantinopoli plantas quaſdam eximias acceperat, præter reliquas imprimis ramum tenerrimum Caſtanearum majorum Turcicarum, qui verò in viâ exaruerunt. Quapropter redegerat ipſum in formam Salis cryſtallini pulcerrimi; Terraq́ꝫ inditum, & irrigatum bene excoluerat. Sic planta priori prorſus ſimilis prodiit. Nec dubito, quin adoleverit; ego enim tum diſceſſi. Ac concludo, recondi in Sale verum Spiritum vivum & vivificantem. Sed tantem de his ſatis.

(42.) Redeundum nunc quaſi ad Apicem Epiſtolæ eſt, atque tùm hiſtoriæ de Serpente, tum de cancris etiam petrefactis, aliquid addendum. *Serpentem* itaq; *in Saxum converti* ut mirabile in Naturâ, ita hautquaquam indignum eſt, ſi alia ejus rei exempla connotentur. Cujus farinæ videri poſſet hoc, quod integra, gyrataque Serpentum corpora, quà linguas, quà oculos, dorſumque, in Maltâ Inſulâ, in petram converſa celebrantur, niſi fabuloſa quædam hic Traditio ſubeſſet, quæ partim occaſione Apoſtoli Pauli, per incommodum Mediterranei Maris æſtum & cœli tempeſtatem eò depulſi, ſerpentemque digito ſuo inhærentem, in ignem projicientis, ut conſtat ex Sacris, Actor. 28. v. 3. par-

Regreſſus ad: hiſtoriam de Serpente & Cancris.

Serpẽtes Melitẽſes.

tim, ac ſimul inde nata eſt, quod ex Inſulæ dictæ cryptâ quadam indies, præter Terram argillaceam, nitidiſſimam, levem, & venenis reſiſtentem, quæ *Terra di San Paolo* dicitur, invenientur Lapilli quidam, figurâ ſuâ Linguas ſerpentum, vel roſtra avium, tùm & oculos, carnem, ac ſpinam anguis utcunque exhibentes, Meſſinaque Siciliæ interdum Venetias afferuntur, & magnâ ibi copiâ in Foro Div. Marci venduntur; de quibus quid ſtatuẽdum ſit, in Lithologiâ meâ imprimis, ac prolixiùs acturus ſum.

Serpẽtum petrefactorum Exempla

(43.) De illius verò Serpentis, in Lapidem converſi, veritate minùs dubitandum exiſtimo, cujus meminit Clariſſ. D. Deuſingius, diſſert. de Fœtu extra Uterum, theſ. 118. ac alii. Quibus addere licet Nobiliſſ. diligentiſſimumque Mart. Zeillerum, dum Cent. 1. Epiſt. 79. ait: Und findet man bißweilen ſteinerne Schlangen in den Steinbrüchen / als in dem Hertzogthumb Somerſet in Engelland / wie gedachter Cambdenus bezeuget in Britann. Comitat. Hereford. deſcript. & in Annal. Angliæ in Anno 1571.

Cancri, in cavernis Terræ petrefacti.

(44.) Cancrorum in Saxa converſorum exempla jam ſuperius pariter adducta ſunt, De quibus verò quomodo vi-

vi adhuc in Montana, vel in Loca ejusmodi alia, ad concedendum ipſis habitaculum ineptiſſima devenerint, ut ſucceſſu temporis tandem ibidem petrefacti ſint, eſt, quod adhuc indagandum reſtat; ſic enim promiſſis ſtabitur, & dignus dein toti Epiſtolæ finis imponetur. quomodo eò devenerint?

(45.) Ubi negotium omne daretur expeditum, ſi quod veriſimile admodum eſt, cauſam ejus rei ad eluviones Aquarum tàm univerſales, quàm particulares, montium, ſpecuum, urbium, &c. ruinas, regionumque ob ſucceſſivos fluminum vel inſularum, ob varios maris acceſſus & receſſus, mutationes, exortus, incrementa, decrementa, creditasque earundem translocationes, & quæ ſunt alia, transſcribendum ſit.

(46.) Etenim Animalcula in abyſſo Terræ inventa, Marina & Lacuſtria præcipuè, ibidem per ordinariam generationis viam nata, poſteaq; enutrita aliquandiu fuiſſe, nemo mihi facilè perſuaſerit, utut curioſa multa de rebus ſub Terrâ viventibus & dici ab aliis, & aſſumi hîc, exemplisque ſimilibus illuſtrari poſſint, tùm proprio ſtudio collectis, tùm non minus iis, quæ in deſideratiſſimo, copioſisſimoque ſine dubio Athanaſii Kircheri opere De Animalibus ſubterraneis

 de

de Mundo ſubterraneo quotidie exſpectantur. Nam multa ſic in medio relinquuntur dubia, quæ excutere hic prolixum nimis, quodammodò etiam extra Oleas eſt.

(47.) Credamus interim, non Cancros ſolùm, ſive marinos, ſive fluviatiles, ſed angues etiam, Lacertos, Echinos, Stellas piſces, pectines, cochleas, oſtreas, conchas, chamas, mitulos, tellinas, turbines, piſciumque vertebras aut ſpinas, nec non roſtra Avium, aut aliorum Animalium partes, dentes videl: ungulas, vertebras, crania, & alia, tâm à Naturâ, quam Arte petita, in intimis ſæpe Montium viſceribus, aliisque profundis Terrarum latebris, quò nulla unquam gens, nullum unquam animal aliud facilè, penetrare poſſe videtur, immò in mediis interdùm Marmorum, in nullas rimas hiantium, corporibus, ſive Petrefacta jam, ſive priſtinam naturam utcùnque ſervantia, eatenus reperta eſſe, quatenus talia, ut verbo dixerim, varagine Terræ fuerint obruta, ſive occaſione Diluvii, ſive caſu alio; ibidemque per plurimos annos ſubſiſterint, donec deſtructa ſenſim obnoxia etiam reddita Rigori Lapidifico, qui facilè tandem ſupervenire ipſis potuit ob tranſſu-

Subterranea qua ratione Lapideſcat?

ſudantes paſſim Salinos per Terram Succos, haud aliter, atque in muris antiquioribus Aquam nitroſam transſudare, ipſam que in Stirias albas & conos coagulari conſpicimus.

(48.) Cujusmodi ruinæ terrarum & voragines imprimis duranteDiluvio contigerunt; à quo tempore dein, per plurimorum annorum decurſum, Teſtaceorum iſtiusmodi & Teſtaceorum varia genera, inter aſperas montium littorumve crepidines detenta ſunt, limoque obruta hæſerunt, ſuffragante præter Fab. Columnam cap. 21. obſerv. Aquatil. & Tereſtr. imprimis Ludovic. Moſcardo, Nobili Veronenſi, lib. 2. Muſéi, Italicè conſcripti, cap. CXI. utpote ubi ex profeſſo, prolixè, & eruditè de hoc negotio diſputat, atque ut eandem de Diluvio ſententiam non prorſus rejicit; item aliam, eidem valdè conſimilem, utraque manu urget, ex alterius Autoris opinione aſſerens,

Eadem à Terris, occaſione Diluvii, abſorpta ſūt.

Conjectura Ludovici Mōſcardi.

I. *Montes antiquitus à Mari factos eſſe*, factâ ſucceſſive ab undis, Arenæ aggregatione.

I. Montes unde?

(49.) Adeoque II. *ubi nunc Montes vel alia loca ſicca ſunt, olim fuiſſe Mare*; id quod exemplo tum Ægypti comprobat, quæ regio quondam Mari cooperta latuerit; tùm

II. Ubi nunc ſiccum ibi olim Mare.

tùm Ravennæ, antiquiſſimæ in Italiâ Urbis, à cujus ſitu undæ propè centum paſſus receſſerint; tùm inprimis inde, quod nihil frequentius hodie obveniat, quam, quod non raro, ubi paulò altiùs in Terram foditur, in ejusdem ſinu reperiantur non Animalia ſolùm, Conchilia, &c. ſed

Navis, ſub terris inventa: & artificiales res, uſibus humanis inſervientes, e.g. *Navis*, quam in montanis quibusdam, longe à Mari remotis, centum ulnis ſub Terrâ inventam, ex Bapt. Fulgoſo refert;

item Anchoræ, Mali. *Anchoræ* item, & *Mali* rupti, jamque ætate conſumti: cum quo confer, quæ de Urbe Caſtrenſi, nunc ab Undis, quam olim, remotiori habet Borellus Cent. 2. obſ. 62.

III. Congeſtione Terra altior redditur.

(50.) *Vel* III. *ob ipſas* interdum *Montium*, quoad partem aliquam, *Ruinas, vel quisquiliarum & ruderum in unum aliquem locum* iteratam, & factam vel ſpontè, vel ab hominibus, *Congeſtionem*, multa quæ olim in aprico fuerint, poſt diuturnum annorum decurſum profundè ſatis deliteſcere, prout partim id compareat in quotacunque Urbe, ut, ubi olim Habitacula aut Templa fuerint, eadem hodie velut ſepulta ſint, & ſuperficiei Terræ æqualia; partim Architecti teſtentur, ubi ſcil. ad baſes ædium locandas ſolum fo-

fodiatur, reperiri primùm Terram minùs puram, quin Lignis, ferramentis, quandoque & rebus aliis precioſioribus commiſtam; atque poſt hanc demum, abundè erutam, ſolum purius ac firmum apparere.

(51.) IV. *Aquas etiam è Montibus manentes* ad hoc aliquid conferre; quandoquidem deſcendendo, & fluviis ſe uniendo notabilem Terræ quantitatem abraſam ſecum afferant, ſicque alveum omnium ſenſim exaltant. Unde, quicquid hâc arenæ aggeſtione obruitur, ſive animale quid, ſive aliud ſit, quiete quadam figitur, nec priùs Loco dimovetur, quàm quidam Terræ motus, vel ingens aquarum eluvio, aut Venarum ruptus, vel hominum, Terram fodientium, induſtria accedat. IV. Rivi decidui corpora varia terris obruūt.

(52.(Ut hoc pacto veritati admodum congruum ſit, Cancros, ac alia animalia ſub terrâ degere, non viva ampliùs, aut pabulum ſuum, neſcio unde, petentia; ſed jampridem defuncta, atque, pro ratione Locorum, in lapidem converſa.

(53.) Ac talismodi Rerum, mirè ſub Terrâ repertarum, famâ olim *Hamoniæ La-*

pidicinæ imprimis fuerunt celebratæ. Hodie verò etiamnum in Italiâ *Tractus Volaterranus, Peruſianus, & Senenſis* hâc laude eminent, juxta Autorem illum Italum, (Monachum, niſi fallor) qui ficto nomine, Collegii ſui ratione, ſe Academium Ardentem Æthereum venditat, Teſoro delle gioie (ſeu, in Theſauro Gemmarum) cap. 36. pag. m. 144. copioſiſſimèque eodem inſtituto Fabius Columna, ut jam circa principium hujus Epiſtolæ relatum eſt, ea proſequitur, quæ *circa Neapolin* in reparatione Arcis Campoclarenſis inventa ſint; quamplurimas puta animalium reliquias, in Lapidem converſas. Item *Veronenſes quidam colles* à diligentiſſimo per Italiam peregrinatore, Pflaumero, part. 1. Mercur. Italic. p. 21. commendantur: ac imprimis *Vicentini*, teſte ut aliorum quamplurium, ſic nominatim Th. Bartholini experientiâ, qui lib. d. Unicorn. cap. 37. pag. 280. ita ait: *Conchyliorum cruſtatorumque infinita genera ex montibus Vicentinis effodiuntur, in Lapidis duritiem firmata, quorum egregiam ſupellectilem apud Job. Dominicum Salam videre licuit.*

Loca, effoſſione Subterraneorum celebriorum in Græciâ. In Italia.

(54.) Præter Italiam dein *Sicilia*; unde noſtro etiamnum ſeculo eruta quamplurima colliguntur præſertim in Lapidem con-

In Sicilia.

converſa;cujusque ſitum,hiſtorias,ac alia, ſummâ diligentiâ deſcripſit Facellus,natione Siculus. Facellus notatur.

(55.) *In Galliâ* porrò, non procul ab *Urbe Caſtrenſi*, in rupe quadam Limaces lapideos plures, ac multarum ſpecierum, alibique in eodem Regno ſimilia, in Lapidem converſa, obſervataque à ſe teſtatur Petrus Borellus, Cent. 3. obſ. 83. in Galliâ:

(56.) Neque *Germania* tandem noſtra miraculo hoc deſtituitur. In *Saxonicâ* præcipuè circa Hildeshemii urbem, ac vicinos tractus. Nam Conchas aliquot, quarũ quamplurimæ ibi noviſſimè effoſſæ ſunt, & plures quotidie inveniuntur, nec non Teſtacea alia, in Lapidem converſa, tùm & Eboris foſſilis fragmenta, gigantum dentes, & alia, inde tranſmiſſa, teneo ex liberalitate honoratiſſimi Amici, Dn. D. Frid. Lachmund, Phyſici Oſtervicenſis, corporumque Naturalium rariorum æſtimatoris digniſſimi, qui de Cranio Gigantéo petrefacto, inſignis magnitudinis, de Urnis foſſilibus præterea, ac rebus aliis ibidem repertis, jucunda non pauca in literis ad me, teſtatur. & in Germaniâ. præcipuè circa Hildeshemium.

(57.) Immò alibi *Caput quoddam*, niſi petrefactum jam, mirum tamen, quod in medio Saxo repertum ſcribit Al. ab Alexan- Corpora in mediis Saxis invenata,

e.g. Caput. viva Animalia. xandro, lib. 5. cap. 9. pag. 265. b. Cui adjungimus magis adhuc raram Helmontii *de vivis Animalibus* obſervationem, dicentis, ſub tit. d. Arbore Vitæ, pag. 630. 631. *Aliquando intuitus Lapides, quod intra ſe quandoque viva animalia continerunt, quæ per luſtra vivant, cuſtodianturque absque alimentis ab interitu. Paracelſus totum Lapidum acervum, Mundumque univerſum quandoque unicum fuiſſe autumat Lapidem, aut univocum ſaltem liquorem petroſum, qui in metalla, pyritem, ſaxa lapides & ſales ſenſim diſtinctus, vitalitatis initia per multa reptilia dederit. &c.*

(58.) Plane viva Animalia, intra gravidos, ut ſic dixerim, Lapidum ventres reperta aſſerit Helmontius. Hujus rei & alia Exempla proſtant. *Bufonem* quippe aliquando apud Auguſtodunum, in medio ſaxi, dum id ſecaretur, inventum ex Bolducio, Autore quodam, narrat celeberr. D. Joh. Dan. Horſtius, Obſerv. Anat. 2. pag. m. 10. Idemque Horſtius, nec non Majolus in Diebus Canicular. repertum in Latio recenſet, tempore Martini V. Pont. fuiſſe *Serpentem*, in mediis pariter, dum ſcinderentur, ſaxis: quamvis de hoc haut ſatis liquet, an vivus adhuc fuerit. Imprimis autem

Bufo: Serpēs:

me-

memorabile eſt, quod porrò de *Canibus duobus* intra Lapidum, undique à Naturâ occluſorum, cavernas repertis tradidit P. Laur. Stengelius, citante Caſp. Schotto lib. 8. Phyſic. Curioſ. cap. 19. §. 5. pag. 977: *Videbantur* (verba Stengelii ſunt) *Canes hi ex Leporariorum genere, ſed truces vultu, quaſi ex Cerberi proſapiâ; odore graves, quaſi ex Averno; pilorum expertes. Et unus quidem citò defecit; alterum, ſtupendæ edacitatis, Henricus, Wintonicenſis Epiſcopus, multis diebus in deliciis habuit.* Silentio tamen hic non præteriturus ſum Clariſſ. Schotti prudentem Epicriſin, quam continuò ſubnectit: *Canes illos,* inquiens, *intra petram creviſſe, & ſine cibo, ſine ſpiraculo inibi vixiſſe, nemo mihi perſvaſerit. Malus ergò genius, cui facile id eſt, viam in petrâ aperuerit, & canes tali carcere incluſerit, aliunde allatos tunc primùm, cum reperti fuere.* Canes duo horrendi.

(59.) Interim, ne ab animalibus illis paulò longius digrediar, quæ in Terræ profundis reperta, & culpâ ſive Diluvii, ſive aliâ causâ, ac caſu aliquo eò delata diximus, nullatenus me movent, quæ Barth. Ambroſinus lib. 4. Muſ. Metall. Aldrovand. cap. 62. pag. m. 819. Objectio Am-

ob-

brofini contra cauſam ſubterraneorum à Diluvio petitã. Reſpõſio.

obgerit, ideò nempe à Diluvio cauſam non petendam eſſe, I. *quia Terra* olim ac Montes non à Mari, ſed immodicis Cœli imbribus, fuerit obruta: ac *II. quoniam* non in omnibus, ſed quibusdam tantùm montibus Teſtacea iſtiusmodi Lapidea obſerventur.

(60.) Verùm facilis eſt ad hæc Reſponſio. Nam I. Sive à Mari, ſive ab imbribus Montes olim fuerint ſubverſi, ſufficit, ſi ex ſubverſione animalcula varia, præſertim Teſtacea, corripi, ac intra arenas corruentium undique Terrarum abſorberi potuerint. Immò vis Aquæ marinæ eò non increviſſet, niſi apertæ, ut in Sacris dicitur, fuiſſent. Feneſtræ Cæli. Unde Cauſa remotior, propinquiorem non excludit. Auctis quippe Imbribus auctum etiam eſt Mare; aucto hoc, ſubverſæ ſunt montium crepidines, & corpora varia abſorpta.

(61.) II. Quemadmodum caſu fit, ut partim in unam aliquam littoris marini partem integra conchiliorũ agmina congregentur, in aliam viciſſim nihil; partim & Montium aut Littorum ruinæ fiant non ubivis, ſed alicubi: ita; quis ſibi ex ruinâ talismodi, neceſſariò de oppreſſorum ſub Terrâ animalculorum præſentiâ perſuadere

dere velit? Corruit Terra à Cauſis ſuis concitata, ſive inveniat quid, ſive non: perinde eſt.

(62.) Adeoque ſalvum interim manere puto, quod dictum eſt, multum (niſi omne) deberi Aquarum eluvionibus, ruinis Terrarum, & accidentibus ſimilibus, ut animalia varia (Marina præcipuè) aut eorum partes, longiſſimè à Mari interdum, procul à Fluminibus, profundiſſimè in Terrâ, inſperato caſu inveniantur. Illuſtreque pro ſententiâ hâc habemus Lutheri ſuffragium, dum ait Comment. in Geneſ. fol. 22. citante D. Mich. Waltero, in der 2. Bibel-Andacht/ cap 12. §. 390. pag. 728. verbis Germanicè, prout ab ipſo allata ſunt, ſic ſonantibus: Und ich zweiffle nit/ daß ſeyen reliquiæ und überbliebene Anzeigungen der Sündfluth / daß/ wo ietzt Metallen-Gruben/ oder Berg-Wercke ſind / daſelbſt nicht ſelten Hölzer gefunden werden / die zu Steinen verhartet; und in denſelbigen Steinen werden geſehen mancherley Figuren der Fiſche und anderer Thiere. So gläube ich / daß das Mittel-Meer vor der Sündfluth nicht innerhalb der Erden geweſen ſey: ſondern durch die Sündfluth ſey ihm derjenige Weg gemachet worden / darinnen es nun gehet und beſtehet. Alſo iſt auch der

Suffragium Lutheri.

Raum des rothen Meeres ohne zweifel ein fruchtbares Land geweſen / und wie es der Warheit ähnlich / ein Stück des Gartens in Eden.&c. Hæc Lutherus. A quo haut parum abludit locus Ovidianus, ex lib. 15. Metam. v. 262. qvamvis ibi de eâ Maris Mediterranei parte ſermo ſit, non quâ fines Ægypti, ſed littus Siciliæ alluit:

& jam olim Ovidii

Vidi ego, quòd fuerat quondam ſolidiſſima Tellus,
Eſſe fretum; vidi factas ex Æquore Terras:
Et procul à pelago Conchæ jacuére marinæ;
Et vetus inventa eſt in Montibus Anchora ſummis: h. e. ubi nunc eſt Fretum Siculum, ibi olim erat Terra ſolidiſſima. *Conchas* in Montibus inventas etiam Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. 9. pag. 265. annotat.

Conchæ in Montibus.

(63.) Sequentem verò ex Nobilisſimo Oleario locum, de *Cancro vivo*, intra Montis fiſſuram reperto, unde ſcil. is eò devenerit, an manu humanâ eò delatus, vel Aquarum per occultas Terras rapidè euntium vi aliunde advectus fuerit, penetrantiſſimo Ingenio tuo, *Curioſisſime Dn. Sachſi*, judicandum, linquo & eſt hic, ex Itinerar. Perſiæ lib. 4. c. 21. verbis genuinis: Oben am Berge ſprang aus einer Felß-Klufft eine klare liebliche Quelle / bey welcher

Cancer vivus in fiſſurâ Mõtis repertus.

wir einen Taſchen Krebs in einer Stein-ritze/ durch welche das Waſſer lieff/ funden / welcher von etlichen der unſrigen/ die dergleichen nicht geſehen / für ein Wunder und vergifftet Thier angeſehen wurde. Es war doch zu verwundern/wo der Krebs an den Ort / weil es über zwo Meilen von der See / und auff einen ſo hohen Berg gekommen / da er doch gleichwol für einen Meer-Krebs gehalten wird. Hæc Oleârius: & hic finis Scripti. Cujus tenuitatem placidâ acceptione ſupplere, imprimis quod uno quaſi die,atque ſub ingruentiam Canicularis æſtûs conceptum eſt,cæteroquin Bene Valere,inque continuum rei literariæ commodum,porro ac diu, per Gratiam Dei, ſupereſſe velis. Scrib. Wittebergæ, d. XII. Jul. Epiſtolæ concluſio.

A. C. MDC LXIII.

RESPONSORIA DISSERTATIO
Hiſtorico-Medica
PHILIPPI JACOBI SACHS
à Lewenheimb, Phil. & Med. D. &
Collegii Naturæ Curioſorum Collegæ
De

MIRANDA LAPIDUM NATURA

Ad
NOBILISS. EXCELLENTISS. EXPERIENTISSIMIQVE VIRI
Dn. JOH. DAN. MAJORIS
Phil. & Med. D. nunc in Alma
Wittebergenſi Medici celeberrimi
Diſſertationem Epiſtolicam
De
CANCRIS ET SERPENTIBUS PETREFACTIS.

S. &

S. & Officia.

Nobil. & Exc. Dn. D.

Fautor & Amice plurimum adamande.

Reſpõſoriarũ neceſſitas.

NI tam rarum tuum in me & verè ſingularem Affectum gratâ agnoſcerem mente, Gorgoneo fato dignus eſſem. *Saxeum* quidem mihi nomen, non *Saxeum* tamen pectus, *Serpentum Cancrorumque in lapideam ſoliditatem induratorum* tractatione emolliſti animum, ut pro tenerrimo hoc tuo affectu pretioſum aliquot Cymelium non poſſe referri doleat. Nil præter *Lapides* & *Saxa* pro redhoſtimento à me exſpecta. Expertiſti nuper præſens, flagitaſti poſt per literas, ut ſi quid *curioſi rerum Petrificatarum* innotuiſſet, id bonâ fide communicarem. *Lapis Lapidis* attritu ignem elicit; excitaſti & Tu Diſſertatione tuâ *lapideâ* ingenioſâ Amoris Igniculos, ut omnis mihi movendus *Lapis*, quo tuæ petitioni ſatisfiat. Pareo ergo lubens ne in Amicitiæ Leges injurius ſim, & *TIBI*, qui adeò *Lapillis* delectaris, non ut pueri qui ſaltem ſciunt *Lapillis*

Ludere par impar — — —

Sed *Lapidum viſcera* Ingenii acie melius diſſecas Acilii Navii Auguris cultro, quo Cotes inſpectante Tarquinio ſuperbo dividebat, apud Livium l. *36.) Lapidum molem* hinc inde congeſtam offero, non ut inde nova Gigantomachia Superis moveatur, ſed ut miranda Dei Trinuni Sapientia in *Lapides* quoque ditiſſimè profuſa eluceſcat & deprædicetur.

Nota-tur Li-tholo-gia cu-rioſa D. majoris à curio-ſis deſi-derata

Quanquam vereor ne Purpuræ Tuæ Laciniam indecoram aſſuam, cùm optimè ſciam, *curioſiſſime mi MAJOR* Te tot tantosque Labores hactenus *Lithologia Tua Curioſa* impendiſſe, ut *Majores* ab alio non exſpectandi. Qui etenim binam tuam Promulſidem *Lithologiæ* præmiſſam, *Hiſtoriam* nempe *Calculorum Sperlingianorum*, & hanc *de Cancris Petrefactis Diſſertationem* ſepoſito omni ſiniſtro affectu examinabit, is dentes acuet & *Majorem* Sitim famemq; afferat ut ipſos *Lithologiæ* Miſſus propediem à Te exhibendos abſorbeat, & ut nunc magnos ſic *TIBI MAJORI* confecto opere *majores* offerat adhuc Laudes. Nec abhorrent Naturæ Spectatores Tuas *Lapidum* dapes (non inutiliter enim *Lapides* decoquis aut elixas) præferunt eas Cerealibus & Capitolinis cœnis, cùm perappo-

ſitè

ſitè à *Tullio* conſideratio Rerum Naturalium Animorum quoddam babulum vocetur.

Antequam verò debitum Tuæ Guſtationi Symbolum ſolvam & Exempla *rerum in Lapides converſarum* enumerem, quædam quorum anſam eruditiſſima Tua Diſſertatio præbuit, præmittenda duxi.

Exempla *CANCRORUM in Lapides con-* Cancri
verſorum §. 5. ex *Ferrantis Imperati*, *Calce-* in Lapi-
olarii, & *Roſini* Cymmeliotheca & ex *FABII* des cõ-
verſi.
columnæ annotatione enumerata, pergrata 1. 2. 3.
fuere, *Gammarologiæ meæ* debito inſeren- 4.
tur loco, quibus jam addidi Exempla ex
ALDROVANDO de Teſtac. f. 81. qui *Can-* 5.
cros vidit totos ſaxeos, in quibus & cruſta & quicquid intus erat in *Lapidem* degenerarat: ex *GESNERO* Germanorũ Plinio
de Aquatil. S. 14. f. 180. cujus Muſeum *Can-* 6.
croſaxeo exornatum: ex J. Cæſ. *SCALIGERO S.* 196. §. 9. qui in ſaxis Lanarum 7.
agro Veſatenſi, ad pagum qui Cahors dicitur, *Cancros* conſpexit *lapideos* ex Laurent.
SCHRADERO monument. Ital. L. 1. f. 34. 8.
qui teſtem ſe ſiſtit oculatum viſi Patavii in Nobilis Marci Mantuæ Domo *in Lapidem duriſſimum* concreti Cancri; qualem quoque *mihimet* in *Porticu Horto Medico PISANO* adjacente, ubi rariſſima Naturæ

 aſſer-

aſſervantur Miracula, Anno MDCL. videre contigit.

Miræ Naturæ opes

NATURAM quotidiè novis portentis humanas commovere mentes, & in admirationem ſui, diligentemque mirandorum inquiſitionem rapere, rectè §. 8. notas. Unicum pro multis ſufficiat Teſtimonium Hiſtoria à Magni Patris Magno Filio, & fidiſſimo Naturæ Interprete D. Thom. *BARTHOLINO* Profeſſ. Regio Hafniæ Honorario, & Fac. Med. Decano perpetuo, Cent. VI. Obſ. 100. obſervata, quæ adeò mira ut rectè laudatiſſimus Author exordiatur narrationem: terrebit Lectores Hiſtoriæ Titulus. In oppido ſcilicet Tioniæ Affwenzlœff Embryonem alio prægnantem editum fuiſſe Embryone, hoc eſt in tumido fœtus fæmellæ ventre in loco conſueto alium fœtum ſexus fœminini omnibus modis perfectum, circiter ſpithamam longum unguibus & pilis admodum fœtus perfecti donatum inventum fuiſſe; quale ſimile exemplum in humano partu à nullo Authore annotatum credo reperiri.

Embryo alio Embryone prægnans in Daniâ.

Connati quidem *fratres gemelli* ſeu *homines duplices* monſtroſum gemellum ſecum portantes, qualis ille Lazarus Coloredo Genuenſis cum fratre Joh. Baptiſta ante pluſculos Annos Uratislaviæ

Homines duplices

in

in ſuburbio S. Mauritii à me viſus, quem deſcripſit & depingi curavit Th. *BARTHOLINUS* Cent, 1. obſ. *66*. itemque de eo Paul. *ZACHIAS* Medicus Romanus Quæſt. Medico-legalib. Lib. VII. t. 1. quæſt. *9*. §. 1, *2*. *HARSDORFERUS* Theatr. Comic. Hiſt. 68. Qualis quoque vir ſtatæ ætatis in Germaniâ præterito ſeculo, è cujus medio ventre Caput extabat, nec ſecus quàm verum viri caput nutriebatur, de quo Ambr. *PARÆUS* Chirurg. XXIV. 2. qualis quoque Anconæ natus, de quo AMATUS Luſit. Cent. III. cur. 57. & alius maſculus A. 1556. Francof. viſus, cui per epigaſtrium infra ξιφοειδέα orificii ventriculi cartilaginem prominuit moles infanti non diſſimilis, pluribus deſcriptus à *LANGIOL*. II. Ep. 8. quibus addi poterit *Plater*. l. III. Obſ. *BENIVENIUS* de Abdit. Cauſ. c. ult. & *VALLERIOLA* L. 1. Loc. Com. c. 18. Aſt *Embryonem* in *utero alterius genitum*, de hoc omnes cum Ranis Seriphiis ſilent, Cum verò apud Euſeb. *NIERENBERGIUM* Profeſſ. Phyſ. Madriti in Hiſpaniâ L. VI. Hiſt. Natur. Peregr. c. *2*. inveniſſem Equam in Hiſpaniâ peperiſſe *Mulam alia mula gravidam*, itemque Naturam in vegetabilibus ludere cum *limonio pregnante* quod in ſe continet pomum exiguum avellanæ magnitudinis, cortice

In Animalib9 prægnantes fœtus

in Limonio

flavo exteriore, medullâ albicante, & ſucco ſuis diſtincto loculis, de quo Olaus *WORMIUS* profunda rerum naturalium ſcientia verè Magnus, in Muſeo L. II. c. 28. f. 206. & de tali *pomo Citrio prægnante* ante ipſum obſervarat *DOLDIUS* in Ciſta. Med. Hornung. Ep. 245. data occaſione cum Exc. Dn. D. Th. *BARTHOLINO* Sermones Epiſtolicos miſcui, qui in reſponſoriis X. April. Hafniâ MDCLXIII. hæc ſubjungit: *Equam gravidam Mula gravida* ante ex Nierenbergio obſervaveram, ſed neſcivi an propria vel aliena fide id narretur, cum pauca alioquin ſuæ naturali Hiſtoriæ ex propria Experientia interſerat. Limonium prægnans ipſe vidi. *Ovum* gallinaceum alio *ovo gravidum* monſtravit mihi in Auguſto ſuo Muſéo Sereniſſimus Rex noſter. Quod de Equa Nierenb. narrat, de Muribus produnt uno ore veteres Ariſt. Plin. Ælian. quos probabili aliquâ ratione defendit vel excuſat Magnus *LICETUS*. Quicquid ſit, multa ſunt quæ vel ignoramus, vel quanquam cognita ſine ratione ſcimus. *Hactenus Vir ille laudatiſſimus*. Interim dùm in contemplando hoc Naturæ portento hæremus, en præter ſpem *HUNGARIA*, quæ ut Africa ſemper Monſtrorum ferax, hoc ipſo

Anno

Anno ſimilia produxit oſtentum. *Sic* enim D. David *SPILENBERGERUS Phyſic. Leutſchov.* in ſuperiore Hungaria meritiſſimus, Amicus candidiſſimus in Litter. XXV. Maj. MDCLXIII Leutſchoviâ ad me datis: cùm nuper à cura Palatini noſtri Weſelini redux, ad Comitem quendam Hungariæ vocarer, Nobilis è vicinia Comiti per literas ſignificat paucis ante diebus *Vaccam* in ipſius ſtabulo *vitulam* edidiſſe abdomine maximè diſtentô, quô diſſectô *in vitulâ hâc prægnante aliam vitulā* inventam fuiſſe omnibus membris abſolutā quamvis priore ventricoſa multo minorem, quod ni omen ſit irruentiū Turcarum & Tartarorum, Deum deprecamur. *Hæc ille.* Ingenioſo hîc œdipo opus eſſet qui genuinas naturalesque talium cauſas rimaretur. *Vermes* & *Lumbricos prægnantes aliis vermibus* editos fuiſſe, quorum Exempla apud *MANARDUM* L. IV. Ep. 1. *AMATUM* c. V. cur. 46. Dominic. *PANAROLUM* Pentecoſt. V. ob. 15. non adeò mirum cum inſectis facilius abludat Natura, quam ut in perfectiſſimo Animali, quale homo eſt, tam inordinatâ viâ aberret. Sed hæc in tranſitu, *TIBI*, *curioſiſſime MAJOR*, qui quotidie *majore* Arcanorum Naturæ ſcrutandorum deſiderio flagras, ſignificaſſe ſufficiat.

Novū Exemplū in Hungaria.

Lumbrici prægnantes.

 CER-

Cur cervi ſerpentes attrahant? 1. Ratio

CERVOS cavernas inveſtigare, in quib[us] *Serpentes* latitant, nariumque Spiritu re nitentes extrahere, veriſſimum eſſe rect[ê] §. 9. Authorum teſtimoniis cum ipſa Experientia probaſti. Hoc addo quod ex *I-SIDORO* narrat Petr. de *CRESCENTIIS* Agric. L. XIII. c. 28. *Cervos ſerpentes* pedibus conculcare & poſt contritos devorare, hinc fieri, ut ex cervi corpore tot remedia prodeant, quæ venenis reluctentur. Ut enim per Idioſyncraſian nihil nocent Gallinis araneæ, Ciconiis Serpentes & Bufones (unde & ciconiarū caro, teſte *GESNERO*, ſummè alexipharmaca, & Sal eorundem, quod copiosè fundunt volatile, decantato viperarum ſali non cedit) ſic nec cervo Serpentes, quin ut *Iſidor*. l. a. teſtatur, comeſtos Serpentes Cervis juventutem reſtituere, totamque innovare corporis fabricam, de quo dabitur ulterius diſſerendi in *Gammarologia* locus. Famoſam quamvis inventu raram *La-*

Lachryma Cervi

chrymam oculis cervi adnatam, (quæ referente *SCALIG.* Exerc. CXII. *BARICELSO* Theſ. Secret. C. CCLVII. *PRIMEROS.* de Error. Med. L. IV. c. 36. Cervis ante centeſimum annum nulla) ex comeſtione Serpentum cervis oriri, ſunt qui concludant, uti videre eſt apud Baldum *AN-*

GE-

GELHTIUM de Nat. Viper. C. XXXI. *MIZALDUM* memorab. C. 1. §. 70. *LANGIUM* L. II. Ep. 24. *ENCELIUM* de Lapidib. & gemm. L. III. c. 49. Vidiſti nuper cùm Uratislaviæ Muſeum meum inviſeres talem *Lacbrymam Cervinam* mihi è libero Baronatu Pleſnenſi in Sileſia dono miſſam, quæ colore, conſiſtentia, adeò convenit cum illâ, quæ Exc. Joh. *SCHROBERO* Phyſ. Francof. ad Mœnum digniſſimo ab Illuſtr. Saxoniæ Principe *SOPHIA ELEONORA* Conjuge Illuſtr. Principis *GEORGII* Haſſiæ Landagravii transmiſſa, ab ipſo in Pharmac. Lib. V. Tit. de Cerv. deſcripta ut ovum non tam ovo nec Lac Lacti ſimilius. De quâ *Cervi lacbryma* multa præclara congeſſit celeberrimus Caſp. *BAUHINUS* de Lap. Bezoar à C. VII. usque XI. qui *IDEM* C. VII. p. 37. ex Theomneſtio gravi veterinariorum Medicinæ Authore ſcribit, *Cervos* ideò *Serpentum* delectari *eſu*, illosque ex cavernis narium ſpiritu elicere, ut vermes Inteſtinorum involucris implicitos Serpentum carne enecent. Nullum itaque mirum, ut *MARTIAL.* XII, 29. phraſi utar, *Hanovienſem Cervũ* naturali inſtinctu *gelidum halitu ſorpſiſſe anguem.*

SERPENTEM integrè deglutitum fuiſſe

§. 15.

Proba bile Ser pentem vivum deglutitum.

§. 15. ob lubricitatem probabiliter aſſeris. Facilè hoc largior, cum & dormientium hominum ora irrepſiſſe, præter *BORELLI* à *Te* allegati Exemplum, Hiſtoriæ produci poſſint, qualem venerandus noſter *HIPPOCRATES* L. V. Epid. circ. f. de Adoleſcẽte vino meraciore ingurgitato, ſupinè in habitaculo dormiente notavit, in cujus os Serpens Arges vocatus ingreſſus eſt. Ruſticum per fœniſecia aperto ore in agris dormientem anguem per hiantes fauces intra corpus admiſiſſe *MIZALDUS* Memor. VIII. §. 76. memorat & de alio puero Hieron. *TRAGUS* L. II. Hiſt. Stirp. c. 114. in cujus ſomno oppreſſi Os Serpens intravit, ut ſcitè hinc de tempore, quo Serpentes in pratis oberrant, moneat *VIRGIL.* Georg. III. v. 435.

Cum & ab Hominib9 Serpẽtes deglutiti.

Ne mihi tunc molles ſub di● carpere
ſomnos
Neu dorſo nemoris libeat jacuiſſe per
herbas,
Cum poſitis novus exuviis nitidusque
Juventâ
Volvitar, aut catulos tectis, aut ova relinquens.

Potuiſſet tamen & dẽtib9 comminutus

Dubitandi tamen anſam præbuit quod Zoologi de Serpentis vivacitate annotarunt, Serpentem in fruſta conſciſum, modo partes; ſectæ ſe mutuò rurſus tangant,

na-

naturalis Balſami virtute de novo coale- ſcere, qua de cauſa & in ſoluta unitate, & in illa rara morbi ſpecie, quâ Caro ab oſ- ſibus abſcedit, Vipera mira præſtat, uti Angel. *BALDUS* de Vip. C. XXII. docet. Quid ſi ergò & Hanovienſis Cervi Serpens pedibus aliquatenus contritus dentibus ex parte diviſus in Cervi Balſamico ven- ticulo proprii quoque Balſami vi, ante- quam in Lapidem induratus fuerit, rur- ſus coaluiſſet?

rurſus coale- ſcere.

Cancrum marinum vivum §. 63. ab *Olea- rio* diligentiſſimo Orientis perſcrutatore *in monte* aliquot milliaribus mari remoto *inventum* fuiſſe *cum eodem* non ſine cauſa *miraris*, & cum Maris ſaltèm incola, quo- modo in hæc terreſtria devenerit loca à *me* ſcire expetis: itaque ut nunc ſuſpendo *judicium* de *Cancris* & *Piſcibus foſſilibus* *Summarologicæ* tractationi illud reſervã- *fic aut* ſingularē cancri marini ſpeciem *fuiſſe* autumo, qualis *apud Braſilianos aquam* Cancri marini ſpecies, quæ refluēte Ma- *ri* littore diſcurrit teſte *MARGGRAVIO* *l.* Hiſt. Braſil. c. 19. f. 185. aut *Maraco- in* locis ambulans, quæ refluxu maris *relicta* evaſerunt, adeoque & maris & terræ *incola*tor: *aut* denique hariolo quod ab *illis* Perſis mari extractus, & terra per mon-

Cancer marinus quomodo in montē devenerit?

montes cum aliis deportatus fugâ ſibi conſuluerit mare reviſurus, adeoque in montibus adhuc errantem invenerunt Olearii ſocii; pari ratione ut A. 1653. 4. Aug. Dani capto Helſingoræ Cancro Moluccano, qui alias circa Moluccas ſaltem viſitur Inſulas, conſternati fuere, ſed cum paulò poſt appulerint Naves India Orientali reduces, ſcrupulum exemptum ſenſere, non incongruè enim opinatur *WORMIUS* Muſ. L. III. c. 5. quisquiliis navibus adhærentibus implicitum hunc Cancrum ex Moluccis in Daniam ſimul allatum fuiſſe.

Lapidũ miræ figuræ. Nunc pergo ad promiſſum *Rerum Petrificatarum Catalogum*. Cum ſtuporis aſpectu prætergredior *varias Lapidum Figuras*, ubi alii *pedes humanos*, *Cor*, *Linguam humanam* &c. notante *WORMIO* Muſe. II. c. 13. referant, immò quidam illorum pudendum muliebre repræſentat, qui exinde *Hyſterolithos* vocatur, eadem planè forma quæ Moneta illa mirabilis Margarethæ Daniæ, Norwegiæ & Sueciæ Reginæ à me A. M DC XLIX. Argentorati in rarioribus monetis refertiſſimo Antiquario D. *Joh. Jacob. Luckii* viſa, quod Reges Norwegiæ & Sueciæ ferro ſuperaſſet in opprobrium ſexus maſculini hanc argenteam monetam ex parte rotundam hyſterolithon & pu-

pudendum muliebre exactè referentem fabricari curaſſe, referebatur. *De Lapidibus Bellaria referentibus*: vulgò *Confetti di Tivoli WORMIUS* L. II. c. 6. f. 52. & infra eorum mentio fiet. Tales Lapides, quorum aliqui exactiſſimè piper longum, alii enim maſchatan, alii mirobalanos, alii diverſas piſcium & animalium partes repræſentabant, in *Dn. de FORGES* Angli ditisſimo rerum Naturalium Muſeo, quod ex Britanniæ Regis (durantibus inteſtinis cladibus) theſauris depromtum ferebatur, ipſiæ MDCLI. videre licuit, qui ab ipſo ſingulari Catalogo Germanicè divulgato cenſiti inveniuntur.

Nec commemorare licet *varias figuras* non Apellis & Parrhaſii ſed ipſius Naturæ & Magnæ Matris penicillo impreſſas *lapidibus*. Sæpè laudatus *WORMIUS* Muſ. L. I. c. 2. meminit *Saxi foſſilis* quod Barbi piſcis Lineamenta ſingula tam exactè au- colore exprimat, ſingulas pinnas, caudam, barbam, melius ut ars nulla exprimeret. *Joh. WIGANDUS* in Hiſt. Suc. p. 27. teſtatur in *quibusdam Lapidibus* pulcherrimas piſcium Imagines cum ſquammis, pinnis ac toto corpore repe-, adeo eleganter expreſſas ut ſæpe piſcium ſpecies poſſint diſcerni ſquammis alias

Lapidibus à Natura mira inſculpta

aliæ nigris, aliæ puniceis, aliæ aureis. Nonne vel ſolum *Florentinum*, quod vocant, variegatum *Marmor* teſtis eſſe poterit, quod exhibet Turres diſtinctas cum ruinis arbores, Urbes, aliasque res quaſi ingenioſi & feliciſſimi Pictoris penicillo adumbratas. Et vidi ipſemet cum meis itinerum ſociis Florentiæ in ſumtuoſiſſimo & regias Gazas ſuperante ad Ædem D. Laurentii adjuncto Sacello, in ſummo Altari, quod Sanctum Sanctorum vocabant & opere lithoſtroto (quod opus Muſivum Muſivarium aut ut ex antiquis Epitaphiis *PIGHIUS* in Hercul. Prodic. p. 526. Muſëiarium, vulgò à lamoſaique, vocant) ex variegato Marmore elaborabatur, *in naturalis Marmoris fruſtro* nulla accedente humana arte à ſolâ Naturâ duos homines baculo botrum portantes exactiſſimè delineatos fuiſſe. Sic refert Joh. *JONSTON*. Thaumatograph. S. IV. c. 17. tempore Joh. Friderici Elect. Saxon. effoſſum fuiſſe *Lapidem*, qui Chriſtum crucifixum, Johannem & Mariam repræſentarit. Pariter inventos *Lapides* Pontificium caput triplici diademate ornatum, nec non Monachi effigiem repræſentantes Lineis & coloribus atteſtatur Andr. *LIBAVIUS* L. V. de Biluminib. ſchol. ad c. 35. p. 703. ubi p.

704.

704. in cauſas inquiris, & an à geniis ſub-
terraneis pictorum vices obeuntibus pro
fulciendâ ſuperſtitione elaborentur tales
Lapidum miræ Figuræ? In genere notare
non inconveniens, *Figuras Lapidum eſſe* vel
artificiales (quæ aliò pertinent) vel *fortui-*
tas, vel *Naturales*. *Naturales* rurſus vel *e-*
levatas ſupra Baſin ſuam, vel *naturaliter in-*
ciſas quaſi, vel *depictas*: *Depictas* denique
vel *coloribus luxuriare*, vel *ſolis linearum*
ductibus conſtare

Varietas Figurarũ in Lapidibus

Sed his omnibus miſſis ad ipſam *Petrifi*
cationem me accingo. *Salino* quodam *Spi-*
ritui §. 16. ſeq. rectè generationem, & ut
loqui liceat *Petrificationem* cum Para-
ſ. aſſcribis, cujus varia loca tuam Sen-
tiam confirmantia ex Theophraſti Scri-
s collegit Matth. *UNZERUS* Medic. Hal-
ſ. nominatiſſimus de Nephrit. Lib. 1.
. p. 18. ſeq. Et refert Andr. *BACCIUS*
Therm. l. V. c. 4. f. 282. *in Salis fodinis*
linā repertam fuiſſe ovis incubantē quę
ale obducta ſervata & diu incorrupta
enſa fuit: G. *WERNHERUS* de Admi-
d. Hungar. Aquis in Transſylvaniæ
dam loco id factum fuiſſe p. m. 77. re
Olaus *WORMIUS* cum Muſ. L. II. c.
88. retuliſſet, non procul à Civitate
acar in Hiſpaniâ multa *petrificata* in-

Cauſa Petrificationis

 veni-

veniri, ſubjungit: procul dubio in Littore ſunt fontes & ſcaturigines *ſucci* ⊕li *lapidifici*, quò irrigati Ligna & alia poroſa corpora, eum in ſuas cavitates admittunt, qui ſalſedine aquæ marinæ concreſcit, Solis calore induratur usque dum *Lapideam* acquiſiverit *ſubſtantiam*, friabilem & aqua dulci (Salem coagulatum diſſolvente) in ſua principia reſolubilem. Joh. *JONSTONUS* vero Vir πολυμάθατ@ & noſtra ætate incomparabilis, in catalog. Foſſil. Tit. 1. §. 6. effluviis è terra annumerat *Succos liquidos* conſiſtentia craſſiores, calore & ſapore varios, *lapideſcentes* dum guttatim exſtillant, in tophalos durari potentes in aſperſa, injectave Ligna, chirothecas, folia, homines adeò totos vel *cortice lapideo obducere*, vel, ſi ſe iis induerint, *in Lapidem abire*.

Licet ergò nominetenus dicta diſcrepent, conveniunt tamen causâ *cum Salibus tuis miſtis*.

Rara momētanea Petrificatio. Exemplo Lothi Uxoris. Ejus ſtatuæ firmitas

Rariſſimum eſſe, Petrificationem fieri momentaneo motu, veriſſimè §. 26. aſſeris exemplo ſtatuæ *Uxoris Lothi*, non tam in Lapidem quam, ut plerique Interpretes volunt, *in ſtatuam Salis* verſæ. De hâc mirandum eam ad multa ſecula duraſſe, cum & Burchardus qui vixit abhinc trecentis annis

annis, teſtetur ſtatuam hanc ſua adhuc æ-
tate inter Engaddi & mare mortuum ex-
titiſſe, quamque ſuo tempore viſam me-
morat Adrichomius in Theatro Terr.
Sanctæ & Abulenſis, imò Targum Hiero-
ſolym. ſtatuit duraturam hanc ſtatuam
uſque ad extremi judicii diem, ut ſit æter-
num juſtitiæ divinæ monumentum. O-
mnium tamen pene fidem excedit, quod
hæc ſtatua, quæ eſt & Cippus, & cui Cippus
innitur, viventis more quaſi *menſtrua quæ-
dam effundat*, hoc enim aſſerit *TERTUL-
LIAN.* in Carmin. de Sodomâ his verbis: Mirum de hac ſtatua.

Ipſaque imago ſibi formam ſine corpo-
re ſervans
Durat adhuc, nunquam pluviis nec di-
ruta ventis,
Quin etiam ſi quis mutilaverit advena
formam,
Protinus ex ſeſe ſuggeſtu vulnera com-
plet.
Dicitur & vivens alio jam corpore ſe-
xus
Munificos ſolito diſpungere ſanguine
Menſes.

Unde autem huic Salariæ ſtatuæ, cum Sal a-
liis aquis facile diffluat, tanta firmitas
contra pluviam & tempeſtates ſuſtinuerit? An
naturam Salis metallici, cujus me- Unde hujus ſtatuæ firmitas?

 minit

minit *PLIN.* XXXI, 7. in Aftica circa Uti-
cam conſtrui acervos Salis ad collium ſpe-
ciem, qui ubi Sole Lunâque induruêre
nullo humore liqueſcant, vixque etiam
ferro cædantur. Urbi Barbaricæ ſubito in
ſaxum induratæ, quam dicta theſi memo-
ras, ſimile exemplum addo ex *Joh. AVEN-
TINI* diligentiſſimi Bojicæ Hiſtoriæ Scri-
ptoris L. VII. f. m. 480. excerptum, nimi-
rum A. 1348. octav. Kal. Febr. circa Nori-
cum, qua Pannoniæ, Iyllrico, Dalmatia
Carnis, Hiſtriæque continuatur, maxi-
mum fuiſſe Terræ motum, adeo ut tota
Urbes corruerint, & duo montes concur-
rentes Urbes devorarint, & agrorum tra-
ctatus hauſerint. *Quinquaginta* amplius
*homines villicæ mulgentes cum vaccis extin-
ctè diriguerunt & corpora* à Spiritu terreno
(per terræmotus impetuoſiſſime protru-
ſo) apud Charinos *in Salarias ſtatuas re-
dacta*, quæ & Cancellario Auſtriaco & ſibi
conſpecta refert Conradus de Meiden-
berg ejus temporis inſignis Philoſophus
& Mathematicus.

Poſt Terræmotum Homines in Saxa verſi.

Varia autem *Petrifactio.* Nam
Vel res ſuperficieteng incruſtantur quale quid
Leand. *ALBERTI* Bonon. in deſcript. Ital.
f. 640. memorat, in Italia in monte Mau-
ro ſupra vicum Phormium eſſe *fontem mi-
rabi-*

Varia Petrificatio vel ſuperficietenus.

bilem, in quo *Ligna* dejecta *cortice lapideo* *bducantur.*

Vel dum Spiritus Lapidificus ſalinus in ninutiſſimas partes penetrat, omnesq; oros permeat, *lapideſcunt* imò ut *LOBE-IIUS* loqui amat, de re Herbar. in f. *ferre-unt* quaſi eadem perſtante ſuperficie, ut *Echini Marini Medullâ* J. Cæſ. SCA-IGER in L. 11. de Plant. f. 106. memorat, am admiratus eſt *totam eſſe lapideam*, d ejusmodi ut nemo qui unquam vidiſ-Echinum verum, dubitaret olim vixiſſe m. vel totalis.

Vel circumdata reperiuntur *Lapidibus pora tàm mortua, quàm viva*, de quibus empla ſubjungenda.

Concreſcunt porrò & *lapideſcunt vel ipſæ æ tàm calidæ ſive Thermæ, quàm frigidæ*; *res* ſaltem *injectas indurant*. Quod ERMAS attinet, refert *STRABO* L. XIII. a f. circa *LAODICEAM* Hierapoli ca-s ſcaturire *Aquas*, cujus *Aqua* adeò faci-*duretur*, ut qui Aquæductus deducant, gra ſepta ex his Aquis conficiãt. Et *GES-RUS* de Foſſilib: teſtimonium perhibet *rmarum Aquas* non rarò in canalibus *rias concreſcere.* Lapideſcunt ipſæ Aquæ 1. Thermæ 1. 2.

c & in *frigidis Aquis* locisque *G. WERN-US* de Hungar. Aq. P. 76. teſtatur ad 2. Frigidæ.

 ar-

arcem *FILEG*, in comitatu Neograd Spe-
cum eſſe, in quo *ſuperne deſtillans aqua con-
tinuo dureſcat*, ut ibi videantur *Saxa* e
2. hâc deſtillatione concreta ceu hominun
ſtatuæ. Reiner. *SOLENANDER* celeber-
rimus quondam Juliacenſ. Principis Ar-
chiater, de Calor. Font. cauſa L. II. c. 6
p. m. 190. idem confirmat, in quibusdam
Antris *Montis San. Juliani* in agro Piſan
prælongas cameras ex *Aquâ concretis Sti-
riis* dependere, non aliter ac in *Lucenſi* jux-
3. ta convallem dictum pagum in Speluncâ
inſigni deſtillantes Aquæ guttæ in prægran-
des Columnas paulatim concreſcant.

Aquæ indurantes. Porrò nec ipſæ ſolùm *Aquæ concreſcunt*
ſed & *res injectas in Lapidem vertendi vim
habent.* Tales Aquæ *GESNERO* de Foſſi.
lib. ὕδατα λιθογόνα dicuntur paroxytonâ
voce, ſignificatione activa quod Lapides
gignant, τὰ ἀπολιθοῦντα. Præcipuas illa-
rum Aquas digito ſaltem monſtrare lu-
bet.

In Europa *In EUROPA* celebres ſunt

1. in Græcia *I. In GRÆCIA* Amnis *ISMASAR* in
Theſſalia Lignum vel quodvis aliud im-
miſſum confeſtim in Lapides convertit.
1. Jacob. *MOCKIUS* Prof. Friburg. Briſgov.
2. de cauſ. concretion. L. 1. p. 170. & in *EU-
BOEA* calidas eandem vim habere, Author
SOLENANDER L. 2. p. 191.

2. In

1. In HUNGARIA. Thermæ *SEMNICIÆ*, quæ vocantur *Roſalinæ* canales per quos luunt, & ſedilia ex lignis facta ſic accreto *lapide ceu cortice tegunt*, ut prorſus lapidea videantur. *WERNHER*. de Admir. Hungar. Aquis p. 67. Sic Fons in *CEPU-IO*, ad Pagum cui apud Cepuſienſes Germanos *à rivi murmure nomen eſt*, qui ligna jecta *lapideo obducit cortice*, ut & alter ns *ad pagum* qui vocatur *S. Johannis*. ib. 71. pariter ibidem ad pagum D. *Andreæ*, propè arcem Cepuſienſem ad *D. Marti-* ib. p. 72. Sic aqua acida in *Comitatu BAR-ENSI* mutare fluxum cogitur *lapideſcen-* tatim *aqua* quam effundit. ibid. p. 75. optandum ut D. Polycarpi Procopii *NANI* Cæſ. Camer. Mont. Ung Med. ordinar. Liber de Admirandis Hungariæ, jus mentionem in Ampelograph. quo- *p. 43*. feci.) fauſtam propediem Luci- experiretur, non pauca ſcopo huic venientia, (ſiquidem Hungaria augumum Naturæ Arcanorum Amphitheatrum eſt) hauriri poſſe credibile eſt. Interaddo à Dn. D. David. *SPILENBER-O*. Phyſ. Leutſchov. in Litt. 1662. 8. ad me exaratis relata: præ reliquis res in Hungaria lapideſcentes Aquæ *oſelez*, ad *Kiſſez* ad Capitulum *S. Mar-* 1. in Hunga ria 1. 2. 3. 4.

 tini

tini: Aquæ vero in Lapides Ligna com-
mutantes in *DRUSBACH*.

3. In Italia 3. *In ITALIA* jam ſuo tempore *SE-*
1. *NECA L.* III. Nat. Q. c. 20. obſervavit
In Italia quibusdam *locis*, inquit, evenit, ſi-
ve *virgam* ſive frondem demerſeris, *Lapi-*
dem poſt paucos dies extrahes, quod & à
2. *Lacu VELINO* in Piceno *Ligna injecta* & in
flumine *SILARO* ultra Surrentum *virgulta*
& folia immerſa *Lapidefieri* à *PLINIO* II
103. Hiſtoriæ inſertum reperimus. Idem
3. evenire docet *BACCIUS* de Therm. L. III
c. 1. f. 148. in *SARNO* fluv. Campaniæ, & in
CROCANO fl. Brutiorum, ubi & alia enu-
merat Italiæ Balnea, quæ cum Lapides pro-
ducant & in Lapides convertant, attamen
in humano corpore Calculos comminu-
4. ant. *Romæ Aqua acetoſa* extra Portam Ho-
ſtienſem vulgò S. Pauli 4to ab Urbe La-
pide diſtans concreſcit in Lapillos, Au-
thore Dominic. *PANAROLO* Profeſſ. Ro-
mano Pentecoſt. II. obſ. 16. Præcipuæ ve-
5. 6. rò & omnium ſcriptis notatæ ſunt *ANIE-*
NIS, ALBULÆ, VELINI, *NARIS* Aquæ
quæ riparum margines, Aquæductuum
formas, per quas fluunt, & aquarum ca-
ſtella in quibus ſtagnant, ſolent incruſtar
earundem aſperginibus continuis Ligna
plantas, ſtirpium ramos, truncos ac ra-
di

dices, herbarumque ſtramina ac folia
corticibus lapideis involvere & obveſtire,
quin illas caſu formari in Coriandri, aniſi,
œniculi, Cinnamomi, Amygd. dulciari-
is quaſi condituras veluti Sacchar, can-
didiſſimo tectas. Steph. *PIGHIVS* Hercul.
Prodic. p. 484. quibus inde nomen, *ut*
Confetti di Trivoli vocentur, aſſignatum. I-
dem de *ALBULIS* & *ALBUNEO* ſupra Ti-
ur atteſtatur laudatus modò *PIGHIUS* p.
4. ubi cum *BACCIO* de Therm. l. I. c. 15.
41. conſentit, non ſolum quotidiano
trum Aquarum affluxu Lapidem Tibur-
num Romæ ædificiis frequentem multi-
icari, ſed ut *PIGHIVS* ſeorſim notat cir-
ANIENEM ſeculorum ſucceſſu ex a-
iis illus cautes integrosque ſcopulos e-
tos eſſe.

In *HETRVRIA ELSA* fluv. unà cum tor- 7.
nte *SENA* quem in ſe recipit *omnia ſuper-*
etenus incruſtat Lapide. Leand. *ALBER-*
Deſcript. Ital. f. 76. & Gabr. *FALLO-*
VS de Therm. c. VII. f. 237. De Aquis 8. 9.
sdem Virtutis in Agro *PISANO* & *LV-*
NSI SOLENAND. de calor. font. L. II.
6. f. 190. *BACCIUS* de Therm. L. I. 10.
5. f m. 41. Balneum *apud APONUM* cir-
Patavium per Convallem volaticam
gò dictam in ſubjectum Molendinum
ns *lapidea* omnia *circumtegit cruſtâ*, ut

qui dubitantes cultellis veritatem inda gare voluerint, ſatis validi mucronem inſigniter retuſum fuiſſe animadverte rint. Cœl. *RHODIG.* L. XXX. & G. *FAL LOP*.de iisdem l. a.

4. In Gallia. *4. In GALLIA.* Juxta *Clarimontiũ* Avernia fons eſt *SAULSE* cui *immiſſa lapideſcũt omnia*

1. *lapideſcit & ipſa* Aqua. Jod. *SINCERUS* pneſ Itiner. Gall. Propè eandem urbem *Clair mont STROBELBERG.* in Gall. Polit. Med.

2. Deſcript. l. 1. p. 61. docet Rivum eſſe cum miraculoſo Ponte ex ſola Aqua conſtructo quæ *in lapideam dureſcat ſubſtantiam*; vocatur à *SOLENANDRO* de calor. font. p. 191. ex *DALECHAMPIO GERGOBIA* Avernorum, ſimul aſſerens neceſſarium ut incolæ quotannis *lapideſcentem Pontem* aquæ curſum impedientem ligonibus diruant. quod & *STROBELBERG.* in Gall. Polit. Med. L. III. p. 146. confirmat, ſimilemque *Aquæ lapideſcentis concretionem* fie-

3. ri *in Delphinatu* in pago *ROSSILON*, & duobus à Turonenſi Urbe milliaribus cis *COLUMBIERS* in cavernis, ubi Aquæ me-

4. diâ etiam æſtate concreſcant. Idem p. 148. mentionem facit vici *Hiuret* non procul Vienna Allobrogum in cujus alveum projecta omnia lapidea duritie ſolideſcant. Meminit ejusdem vici *SOLENAND.* l. a. &

& *Giuret* vocat, ubi omnia projecta *dureſant ſiliceâ ſoliditate.* Nicol. *MONTIUS* in Itinerar. f. 10. vocat *GINETRI* caſtrum; hujus Aqua ſi fluat per ligneos canales, quicquid imprimatur, altero die *Lapis* invenitur cum impreſſa effigie Concreti. *BRUYERIN.* denique L. XVI. c. 17. p. 685. vicum *GYMENIUM* Allobrogum vocat, teſtaturque ſe vidiſſe illic *Ligna in Lapides dureſcere.* Porrò in vicinia urbis *SENEN-*
SIS propè oppiduli Veronæi mœnia, fons 5.
la FONTAIRE de *VERO* ex ſubterraneis cuniculis emergens omne injectum *durat in pumiceos Lapides. ALBOSIUS* de Litho-
pæd. p. 22. De Fonte Joh. *BRINONIS* in 6.
Gallia, cujus *aqua lapideſcebat*, argutum eſt Epigramma Jul. Cæſ. *SCALIGERI*, quod quia elegantia plus quam humana conſcriptum à Joh. Erneſt. *BURGGRAVIO* in Achille Panopl. p. 33. annotatum, quod ita ſonat:

Unde novo teretes concreti cortice rores?
Lubricaque in curſus turbine gutta ſtupet?
An tecum Natura ſuas communicat aras,
Nec ſervire ſibi tota Elementa jubet?
Militat ergò tibi varians momenta, fugaces

Jura

Jura ſciens tellus in tua cogit aquas
An potius raris numeris, concentibus al
tis
Murmura victa tuis *marmora* facta ſ
lent?

7. In *Gallica Occitanica* apud *SEVENO* aquam limpidam transcolatam *in ſaxun concreviſſe* etiam igne liquabile *Th. MORE SINUS* Scotus de Cauſ. Metallor. Ad *Lu*

8. *cum Beli* propè *Monſpelium* (dilectisſiman quondam meorum ſtudiorum Sedem, ub Thermæ illæ famigeratiſſimæ Barlerucana dictæ, à Nicol. *DORTOMANNO* propric libro deſcriptæ) colliguntur *Lapides* ex *aqua incruſtata*, uti retulit *DALECHAMP SOLENANDRO* de Font. cal. L. II. c. 6 p. 177.

In Hiſpania. 5. In *HISPANIA* in Pyrenæis montibus loca quædam eſſe, in quibus aquæ pluviales convertantur in Lapides, teſtis eſt Albert. M. de Mineralib. V. *MATTHIOL* præf. in l. V. Diſſc. f. 633.

In Germania. 6. In *GERMANIA* in ditione *LEODIENSI Malmundarii* fons eſt, cujus aqua certis Anni Menſibus *in Lapidem pumici ſimilem* vertitur. Phil. *GOERINGIUS* de Font.

1. Spadan. Circum *BADENAS* Helveticas,

2. Tigurum, Egliſon, Engen, aliaque loca viſuntur Aquæ, quæ omnia vel *in Lapides* con-

convertunt, *vel ſaltem poroſam ſubſtantiam* *ncraſſant* obducuntque quales etiam *ANDERNACI*. *Mockius* de Concret. pag. 191. L. 1. Propè *SCHELLENBURGUM* in Miſniâ Piſcinæ immiſſi rami, folia, corti-ces, Ligna, carbones, Chirothecæ *in ſaxa* *orporantur*. *KENTMANN*. de Foſſil. f.56. 3.
Non minoris famæ Virtutisque aqua *RANCOFURTO* ad Oderam tribus mill. paſſ. diſtant juxta Carthuſiam, Ligna, Cochleas & nucum putamina in *Lapides mu-tans*, de quâ Mock. l. a. p. 130. & 132. dictam iſſe hanc Aquam Fontem Poëtarum, aſ-rit *UNZERUS* de Nephritid. L. I. c. 4. p. 4.
. Nota Hiſtoria ab *ALBERT*. *Magno* l. 1. ineral. c. 7. recenſita, de *FRIDERICO* np. ſigillatam Chirothecam in aquam mittente, cujus dimidiatum corium, mque ſigillum dimidiatum eatenus in *idem transmutatum* fuit, qua in fontem nt demerſa; altero corio & ſigillo, quod a non erat tinctum, ſervata; pari ra-ne ut clavus ferreus Turnheiſeri à me rentiæ viſus, qui parte inferiore qua ncturæ immiſſus aureus, ſuperior Tin-ram non attingens ferrea remanſerat s. 5.

De clavo auro-ferreo Turnheiſeri.

. In *BOHEMIA* circa Civitatem *VAL-AM & CARLSBAD* reperiri Aquam, in quam

In Bohemia.

1. quam folia Autumni tempore decidentia pauco tempore *in Lapides transformentur*,
2. teſtis *MOCKIUS* l. a. p. 130. & propè Acidulas *EGRANAS Quercum in Saxum induratam* monſtrari, memorat Chriſt. LANGE Prof. Lipſens. quondam ſolertisſimus in Diſſ. de Acidul. C. I. §. 23.

In Anglia. 8. In *ANGLIA* mirificæ tales ſunt *Aquæ*
1. *lapideſcentes* in præfectura *BEDFORDIÆ* & in *CAMBRIA*, quam Walliam vocant.
2. *LOBEL.* de Re herb. ad f. in flum. Brittanniæ *DOVERRA* ad ſpecum Margla omnes *aquæ* corrivantes *in Lapides convertuntur.* *GARDAN.* lib. 1. de variet. c. 7. Sic *in BRI-*
3. *GANTINIS*, Anglis *Yorckſchire*, fons eſt in quem ex impendentibus rupibus aquæ guttatim deſtillant, *Droppingwell* vocant, in quem quicquid *Ligni* immittitur, *lapideſcere* obſervatum eſt. *CAMDEN. in Brigant.* p. 566. Inter *Londinum* & *Northantonium*
4. urbes in Diœceſi *Lyncolnenſi* fons, in quo projecta Ligna intra Annum *Lapides fiunt.* *BACCIUS* de Therm. l. 1. c. 15. f. 41.

In Scotia. 9. In *SCOTIA* & quidem maritima ad
1. Boream *aquas in ſaxum converſas* vidit Th. *MORESIN.* Scotus in de Cauſ. Metal. In *Scotia in Slanis* antrum deſtillans aquam, quæ *in candidiſſimum vertitur* Lapidem Ex Ortel. Scotia *MAJOLUS* Dier. Canicul. Colloq.

q. XV. p. 520. Sylveſt. *RATTRAY* Glaſ-
uenſ. Medicus Scotus adeoque fide di-
nus teſtis confirmat pariter (in adita ad
ympath & Antipath. p. 32.) *in rupe Scotiæ*
ptentrionalis lapideſcere aquã illic gutta-
m deciduam, ſed mirum quod ſi aqua i-
extra cavernam in aere aperto locetur,
n lapideſcat, licet vim habeat Lac coa-
landi.
10. In *HYBERNIA* Lacus omne quod In Hybernia.
icitur vel in aquam convertit, vel ſi
dum petit in *Lapidem tranſit*. Mock. L.
e Concret. p. 135. Fortè eſt *Lacus* ille *Hy-*
niæ, ab incolis *Lochneich* vocatus, in
m Lignum projectum minimo tem-
is ſpatio lapideſcat, referente Eod.
. Rattray. l.a.
. In *NORWEGIA* Septentrionali fons In Norvvegia
tantum ligna ſed & Lina, lineas, la-
que telas per annum impoſitas *in La-*
mutans: *NIERENBERG*. de Natur.
culos. in Europ. L. II. c. 26.
In *ISLANDIA* Thermæ, cujus fons In Islãdia.
ER Islandis, maſſas ex Ligno vel luto
lapidea tegit, quale fruſtum ſe poſſi-
gloriatur Olaus *WORMIUS* Muſ. L.
. f. 51. Et teſtatur de *ISLANDORUM*
caſum Inſulæ *fumoſo* & *frigido lacu*
nar. *BLEFKENIUS* Island. in de-
ſcript.

ſcript. Island. p.m. XXXIX.]qui injecta in ferri ſpeciem & duritiem poſt biduum mu tet & mirū, quod cum ferri æmulam parti culam idem Author igni ut liqueſceret, ad moviſſet, ut carbo arſerit.

In Aſia. In *ASIA* quidem in *CAPPADOCIA* in tinere inter Mazaca & Tuana Lacus, qui o

1. mne injectum *in Lapidem convertit*, qu autem immiſſi pars extra aquam man ſerit, permanet in ſua proprietate Ca

2. *RHODIGIN.* L. XXX.

De Flumine *CICONUM PLIN.* II, 103 & *Ovid.* LXXIV. met. v. 312.

Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit

Viſcera, quod tactis *inducit Marmor rebus.*

3. In *Phrygia* Philoſtratus refert inveniri *lapi des coloris cerei*, qui gignantur *ex fonte ſeu aquis calidis* in lithomias ſe effundentibus, ubi aqua ſtagnans lapidibus colorem tur bidum & cereum, aqua vero pura cryſtal linum inducat colorem. Tales *Lapides* ſe vidiſſe in Galabriæ (quæ olim magna Phrygia) Urbe Bolo nuncupata Antiqui tatum plena, à qua non longè abſunt bal nea naturâ calida ejusmodi lapides effici entia teſtatur P. *GYLLIUS* Gallus indefa tigabilis in Antiquorum inveſtigandis

mo-

monumentis & peregrinationibus per 40. annos per Græciam, Aſiam utramque & Africæ partem clariſſimus Author in de BoſphoroThrac. L.III. v. 5. p. 301.&305.

In Inſula *TERCERA* quæ una Flandricarum ſeu Azorum in ora Africana tribus mill paſſuum ab Angra Urbe diſtans fons reperitur, qui Ligna injecta in duriſſimum & rupibus ſoliditate certantem lapidem immutat, ut author eſt Joh. Lud. *GODOFREDI* in Archontol. Coſm. f. 283. In Africæ.

His enumeratis *Aquis Petrificantibus* quædam *RES PETREFACTÆ* pauciſſimis ſubjungendæ.

In *Regno VEGETABILI* nihil communius quàm *LIGNA in Lapides verti*; quernum tamen inprimis & faginum, quod poſteà cotium munera ſuſtinet Germ. Ein hölzener Wetzſtein. Joh. *KENTMAN.* de Foſſilib. f. 35. Talibus ſuperbit Lignis Muſeum *WORMII* L. II. c. 3. qui ibid. c. 13. f. 89. adjungit *Ligna* vitriolo ſaxea Corilinum tiliaceum, & fraxini. *Lignum* faginum in ſaxum tranſplantatum, cujus dimidia pars adhuc Lignum vidit *KENTMAN.* de Foſſil. f. 56. Monſtratur Patavii in Domo Marci Mantuæ *Robur mutatum in Lapidem* quaſi tophum, nec non paſta in Domo Liviæ transformata virtute Alycus aquæ, *SCHRA-* Res petrefactæ In Regno vegetabili Ligna.

DER. Monument. Ital. L. 1. f. 34. Vidi ipſemet *Lugduni Batavorum* in porticu Horto Medico adjacente num. 81. ſuſpenſum *Lignum in Lapidem mutatum*, quale quoque ibidem in Theatro Anatomico monſtratur, quod ex Galliis eo detuliſſe D. Harrecoyn. *HEGENITIUS* Itinerar. Friſ. Holland. p. 111. cenſet.

Folia & Arborum rami. In *SILARE* Amne in agro Urbis Urſentinorum *folia & arborum* ramos *in Lapides tranſire* propria fide incola ejus Regionis Domitius *BRUSONIUS* notavit, referente *MOCKIO* de concret. p. 48. pariter ut idem L. a. ex Alb. M. narrat, in Danico mari juxta Lubecenſem Urbem inventum fuiſſe arboris *ramum cum nido & pullis*, quæ cum *in Lapidem* eſſent *converſa*, tamen colorem ſuum retinuerint. *MATTHIOL.* præf. in Dioſc. L. V. f. 631. comprobat Ramum ſibi ex Lacu allatum, *qui altera parte lapideus*, altera ligneus, imò in *Bohemia Arbores inventas in Lapidem converſas* ſtantibus adhuc ramis, cortice, medulla, radicibus. Ad caſtellum verò *RANCOLANO* propè Senenſem urbem fontes calidi, in quorum canalibus *junci aliaque Herbæ lapideſcant* circa ſuperficiem. *FALLOP.* de Therm. C. VII. f. 237. D. Salomon *REISELIUS* Archiater Hano-

Herbæ Fructꝰ:

icus

icus Amicus antiquâ fide conſpicuus, cum in Litteris Buxovilla ad me datis 18. Jan. 1663. retuliſſet, inveniri circa prædictam Urbem in agris *flaveſcentes duriſſimos Lapides in quibus rite formata Cochlearum domicilia* à ſucco lapidifico quaſi obducta, addit fæminam in iisdem agris reperisſe Corni fructum duritie & colore Coralliis æmulum hieme ſub dumetis, quem Saripontum (Sarbrücken) detulerit ; credibile hunc fructum lapidefactum fuiſſe, qualis generis *fructuum & plantarum miras indurationes* locupletiſſimè curioſo contemplatori exhibet feliciſſimi Medici Felicis *PLATERI* Baſileæ Muſeum. Et Georg. *STENGELIUS* de monſtris c. II. §. 12. refert *Frutices herbulas* in ſaxis fiſſis prope *Kelhemium in Bavaria* inventas fuiſſe, & in *Rorenſis Cœnobii Bibliotheca* loco monſtri monſtratas cum emortuæ illæ & ab arena interceptæ paulatim lapideſcentes tactæ ſint. *Ficus tam recentes quam ſiccatas* in Lapides induratas, *muſcum* item, *arundinem & ligna lapidefacta* antenominati *Dn. de FORGES* Angli muſeum exhibebat.

In *Regno ANIMALI* nihil communius quàm cernere *Conchas* pectines, *Cochleas lapidefactas*. Plurima talia cuſtodita vidi in aliquoties memorato Muſeo Horto Medico *PISANO* adjacente. *WORM*. L. II. c. In Regno Animali Oſtrocoderma

13. f. 87. poſſidet *Carnem Oſtreæ in Lapidem converſum* inſtar ſuccini ſplendentem. Nihil addo *d. CONCHULIS in altiſſimis montium verticibus* ſabuloſis Marga & Marmore petrefacto, *repertis*, nec *non de Ebore* Unicornu *foſſili*, quæ Andr. *LIBAVIUS* Vir de re Medica & Phyſica meritiſſimus (ſic vocatur à *JONSTON.* Thaumatogr. L. IV. c. 32.) in L. 1. ſingul. de Carne foſſil. f. 266. in ipſis montibus genita, Tu §. 4. cum Lud. *MUSCARDO* reliquias diluvii eſſe aſſeris, & plenius aſſeres confecto perfecto *Lithologiæ Tuæ curioſæ* opere. Partibus tuis favent *MAJOLUS* Canicul. Coll. XVIII. & *POTERIUS* celeberrimus Chymicus Pharmacop. Spagyr. L. III. c. 7. p. 193. qui atteſtatur inſuper ſe vidiſſe multis Italiæ in locis à mari remotiſſimis integros montes ejuscemodi rerum maritimarum lapidefactarum.

An res petrefactæ reliquiæ diluvii

Piſces Petrefacti.

Revertor *ad petrefacta.* Tales piſces oſtentat *Porticus Horti Piſani* in Lapidem mutatos, & teſtatur *POTER.* l. a penes Illuſtriſſ. Dn. *Equitem Caſſianum del Pozzo* Romæ in Ædibus ſuis inter alia Naturæ arcana ſe vidiſſe Turcheſios Lapides veris & naturalibus Turchinis ſimillimos, colore, duritie, virtute præſtantes, *quos è certis piſcib9 lapidificatis* certa calcinatione

po

poſt præparatis elaboratos fuiſſe, ipſi certâ Experientiâ relatum fuerit. Georg. *STENGEL.* de monſtris c. II. §. 9. confirmat ſe quoq; vidiſſe *varii generis piſces è rupibꝰ erutos*, qui *lapideſcerent*, quales etiam Kelhemii in Bavariâ inveniri. ibid. §. 12. p. 60. c. 67.

Viperas petrefactas Muſeum *WORMIAN.* f. 90. exhibet, & *VERMES* melitenſes petrefactos. ib. f. 91. Viperæ petrefactæ

De Avium nido, & gallina ovis incubãte indurata, ante recenſitum fuit. *MATTIOL.* præf. in V. Dioſc. f. 631. narrat *Teſticulum Equi petrefactum* Venetiis ab Anton. Golb Mercatore in Fontego de Todeſchi cum admiratione omnium oſtenſum fuiſſe. Aves.

Muliebrem Mammam in ſaxum converſam, quod poſt mortem lapidificæ aquæ immerſa fuerit, Patavii ſe vidiſſe Joh. *HEURNIUS* oculatum teſtem ſe ſiſtit. *Claviculam colli humani* Muſeum Dn. de FORGES Angli; *Caput Hominis petrefactum* videndum mihi præbuit Porticus Horti *PISANI*; *totum* autem *Hominem induratum* Romæ Cardinal. *LUDOVISII* Palatium, in quam marmoream vivi quondam Hominis ſtatuam in arca decumbentem ingenioſè luſit ſummum noſtro ævo Sileſiæ Eruditorum Decus *ANDR. GRYPHIUS* Ex corpore humano Mamma Caput. Integrum. corpus.

 bi-

binis Epigrammatibus, quorũ primum §. 38. ita ſonat:

O Wunderwerck! das Grab das was man ſiht / verzehrt /
Hat deine ſchwache Leich in harten Stein verkehrt.
Sprecht mehr daß ſterbend wir in Staub und nichts vergehn /
Du konteſt lebend nicht / todt wirſtu ſtets beſtehn.

Alterum autem in Epigrammat. §. 84.

Laß andre Ertz / und Erd / und Stein zu Gräbern haben /
Die Glieder die du ſchauſt ſind in ſich ſelbſt vergraben.

Fœtus in utero petrefactus, Attuli Exemplum *Hominis ſtatæ ætatis* poſt mortem *petrificati, in utero fœtum petrificatum LITHOPÆDION* Eruditis in Senenſi Galliarum Urbe præterlapſo ſeculo inventum res notiſſima, de quo conſuli poterunt Joh. *ALBOSIUS* & Simon. *PROVACHERIUS*, ambo Senenſes Medici Sectioni fœminæ tum præſentes, quorum diſſertationes conjunctim rurſus Amſterod. 1662. impreſſæ. Eundemque deſcribunt Maurit. *CORDÆUS* Com. in Hipp. de Muliebr. cum Spacchii Gynecæor. Authoribus editus, Joh. *G. SCHENCKIUS* in Lithogeneſ. p. 82. *PARÆUS* L. XXV. c. 11.

Lo-

Loyſ. *BURGOISE* de Obſtetric. offic. p. 102. & cum illud Lithopædion ex Gallia in Daniam allatum ſit, & auguſtiſſimo Regis Daniæ Muſeo aſſociatum, ea occaſione ſcite & verbis & ære depingitur à Th. *BARTHOLIN.* Cent. II. hiſt. 100. p. 355. ſeq. *Hiſtoria* verò *Muſſipontana* noſtro ævo A. MDCLIX ubi in fæmina *Muſſiponti* extra *uterum in abdomine infans lapideſcens* inventus fuit curioſa Ingenia ita fatigavit, ut D. Laurent. *STRAUSS* Illuſt. Landgravii Haſſiæ Auliater præclariſſimorum noſtri Seculi Medicorum eo de mirando caſu judicia conquiſiverit, & conquiſita publico commodo typis divulgaverit, quam Hiſtoriam quoque Anton. *DEUSINGIUS* Prof. Grœninganus Phyſico-Anatomica conſideratione Grœningæ excudi curavit. *UTERI Lapidei* Hiſtoria *Dolæ* Burgundor. obſervata à Claud. à S. Mauritio Prof. ejusdem Urbis à *SCHENCKIO* Lithogeneſ. p. 85. inſerta: cui admiratione non cedit oſtentum, quod vocant, *Dolanum*, ubi MDCLXI. 28. Jun. gravidæ abdomen inciſum, cum eſſet omnia integumenta cartilaginoſam & *gypſeam* Naturam referebant, quibus reſectis quaſi ex dolio erupit ſeroſus humor cum fœtu fæmineo nullo apparente uteri veſtigio, quæ mi-

Fœtus extra Uterū petrefactus, in abdomine.

Uterus lapideſcens.

Integumenta Gravidæ gypſea.

randa res, ut Academicorum Ingenia non parum exercuit, ſic anſam dedit Dn. Stephano *WILLET* Prof. regio Dolano 20. Aug. ejusdem Anni Dolæ de hâc materiâ publicè diſputandi, & Arnold. *SANGUERDIO* diſcurſum formandi de oſtento Dolano. Concludo rerum petrificatarum catalogum cum Equa illâ Hiſpanica Generoſi Dn. de Baſſonpierre in Aula Lotharingica, quæ demortua *fœtus* loco *molam lapideam* prægrandem non ſine admiratione adſtantium exhibuit, referente *MOCKIO* Prof. Friburgenſi de Concret. p. m. 190.

Mola Lapidea Equi.

Recenſita porrò à Te, *amiciſſime mi D. MAJOR* §. 57. *Corpora in mediis Saxis inventa*, eaque vel *mortua* vel *viva*. De *Succino Muſcas, Formicas, piſciculos, ramenta, folia* involvente & à putredine præſervante, ut reluceant æterno ſepulchro ac nobiliore quam Artemiſia Mauſolo conſtruxit, paſſim Exempla proſtant. Eleganter *MARTIAL.* VI, 15. *Formicam Succino incluſam* deſcribit:

Corpora in Saxis inventa mortua Ut & in Succino varia.

Dum Phaëtonteâ formica vagatur in umbra
Implicuit tenuem Succina gutta feram.
Sic modo quæ fuerat vitâ contemta manente,

Fune-

Funeribus facta eſt nunc pretioſa ſuis.
Pariter *de Ape Electro incluſa* IDEM. L. IV.
Ep. 32.
Et latet & lucet Phaëtontide condita gutta,
Ut videatur Apis nectare clauſa ſuo.
Dignum tantorum pretium tulit illa laborum,
Credibile eſt illam ſic voluiſſe mori.
Quod Epigramma concinnè Germanâ civitate donavit Germanorum Maro, Mart.
OPITIUS in Epigramm. p. 11.
Der Birnſtein birgt und zeigt die Biene doch dabey/
Es ſcheint ob ſie bedeckt durch ihren Honig ſey;
Sie hätte nicht gekont ein ſchöners Grab erwerben/
Vermuttlich / hat ſie ihr gewünſcht alſo zu ſterben.
Sic & de *Viperâ Succino incluſâ MARTIAL.*
L. IV. Ep. 59. concludit:
Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulchro
Vipera ſi tumulo nobiliore jacet.
Interprete eodem *OPITIO*:
Dein Königliches Grab vergleicht ſich nicht hierzu/
Diß Thier / Cleopatra, liegt edler noch als du.

De *Rana & Lacerta Electro* incluſa poëma citatur & narratur à *LIBAVIO* L. III. Sing. ſive L. V. de Bitumin. c. 35. p. 700. Pariter *Joh. WIGANDUS* de Succin. p. 27. ait, *vermiculos* in Pruſſico *Succino* reperiri, item indurata in lapidem *Culices, Formicas, araneos, parvos papiliones*, imò *ranulam viridem* arboream in maſſa ſuccini, quam habuit Joh. *Gobelius* Magiſter Cameræ Ducis Boruſſiæ; quæ dictus Wigandus Naturæ ſecreta potius divinæ providentiæ etiam in minimis ſe exerenti aſſignat, quam ut Succini Lachryma ex arboribus, quales nullæ dentur, ipſo referente, deſtillans prædicta involvat.

Quomodo lapidibus incluſa.

Quomodo verò & *Lapidibus includantur corpora* altioris ſane res indaginis. *Curioſa tua Diligentia*, & ſingularis Eruditio *in Lithologiâ* eximet ſcrupulos & removebit objectos Lapides. Facem quadantenus præfert Nicol. *CABEUS* Ferrar. Theolog. & Philoſ. Comm. in L. IV. Meteor. Ariſt. t. 20. q. 2. f. 298. de generatione Lapidum agens.

Exempla.

Ibidem cauſam reddit, quod Romæ pro portento falſo habitum, quando ante paucos annos *in Lapide maximo medio brachium Hominis incluſum* inventum fuit, quia enim, inquit, in eum locum (ubi brachium fuerat) ab Archeo Naturæ derivati

Spi-

Spiritus lapidei incurrerunt in materiam proportionatam qualis fuit terra illius loci & montis, ſi contegatur locus & non exſpirent Spiritus nihil facilius, quàm ut in Lapidem inſimul concreſcant; ſic injecta humo in fodinâ annorum curſu lapides in fodinis excreſcere: Qua ratione 2.
obſtructo in Lydia antri orificio vaſa & oſſa humana ibi relicta lapidea facta fuiſſe enarrat *MOCK.* de Concret. p. 69. *Frondes* 3.
intra Marmora ſe vidiſſe gloriatur *CARDAN.* L. V. de variet. *Conchylia in medio* 4.
lapidum orta MATTHIOL. præf. in L. V. Dioſc. *Cochleas & laterculum teſtaceum vivo* 5.
ſaxo concluſum conſpexit Andr. *BACCIUS* de Therm. L. I. c. 15. f. 41. *In mar-* 6.
more cæruleo ſolidiſſimo pectinem & ipſius ſedem ita affabre delineatam ut nihil ars ſimile poſſe videretur, vidit *ALDROVAND.* De Teſtac. L. III c. 1. f. 80. nec non Iſ- 7.
landiæ ſaxeos Serpentes ſpiris in ſe contortos ib. f. 81. & plura Exempla apud *LIBAVIUM* Lib. VII. de Bitumin. c. 15. ſchol. p. 1090. ſeq.

Lapidi viva Corpora incluſa

Difficilior adhuc *quæſtio, quomodo corpora viva lapideo incluſa carceri vitam nihilominus agant?* quod non minùs mirum quam quod de capris ſilveſtribus narrat *OPPIANUS* Cynæg. II. v. 338. quod

per

per Cornua reſpirent, quam miram reſperationem *RITTERSCHUSIUS* Comm. in d. Opp. l. p 67. aliquot Authorum te-
Exempla. ſtimoniis confirmare nititur. *Serpentem*
1. *vivum marmori incluſum vidit* & miratur Joh. *NARDIUS* Apathiſtarum Academicorum Florentiæ Lux, & rimatur cauſas
2. in Anno I. Noct. gen. 4. p. 266. *Ranas rubras Lapidibus molaribus* circa Tholoſam innaſci, quæ ob motum molæ incaleſcentes inflentur & molas diſrumpant Melch. *GUILANDIN.* Comm. in Plin. de Papyr. p. 11. teſtatur. *In Saxis* quoque *viperas* & *bufones. LIBAV.* de Carn. foſſil.
3. p. 264. Ut latomus quidam Antwerp.
4. qui in *medio marmore Bufonem invenit vivum. ALDROVAND.* de Teſtac. f. 81.
5. Cum Ambr. PARÆUS in vinea, quam ad Medonum pagum habebat, prægrandia quædam ſaxa diffringenda curaret, in unius medio buffo compertus eſt: cumque miraretur quod nullum extaret ſpatium in quo id animal gigni, augeri, & vivere poſſet, pervulgare id eſſe monuit eum lapicida, nam ex lapidum ſubterraneis & udis locis incluſorum humidiore portione per putredinem diffluente; & à cœleſti calore ſe per univerſam mundi molem miſcente ac diffundente, animatam

ſup-

ſuppetere materiam ejusmodi animalium generationi, ut ipſe Paræus ait XXIV. chirurg. c. 20. Refert *Matthiol.* præf. l. V. Dioſc. non longè à Timavo fonte in Adriatico littore *Lapides malleis ferreis fractos* plurima *intus exhibere Conchylia*, Dactylos à colore & forma vocatos, quæ Goritiæ & in caſtro divino Timajo adjacente gratiſſimi ſaporis inſtar Oſtrearum invenerit. Conſentit *ALDROVAND.* L. a. f. 81. dùm ſcribit, dari in Littore Anconitano *Saxa magni ponderis* ad 50. libras colore & conſtitutione inſtar Lapidis, quæ dum rumpantur magna vi malleis ferreis, intus latere piſciculos delicatiſſimos ad inſtar illorum qui Cappilongi vocantur, modo 20. modo plures modo pauciores ſaxo includi, quibus ſingulis ſuus nidus cū interſtitio ſaxeo, intus nulla aqua aut liquor, ſed credibile eos tenuiſſimo rore per lapidem imbibito paſci. Geor. *STENGEL.* de monſtr. C. II. §. 12. p. 66. aliquandiu talia corpora incluſa vivere poſſe arbitratur, quod in iſto carcere tantundem aëris fortè habeant, quantum Talpæ in terrâ aut vermium more ſuo ſe ſucco refrigerent. Vidi ego, inquit, præſtantem Medicum qui cùm viperam triduo ſuſpendiſſet & ſuffocatam arbitrans,

ſu-

ſuperinfuſo undique gypſo, ejus linea-menta in modulo exprimere vellet, diſſe-cto poſt aliud triduum jam indurato gy-pſo, proſiliente beſtia viva ac ſibilante & carcerarium ſuum quærente periclitatus eſt. Vidi & ipſe, (pergit dictus Stengel Soc. Jeſu Theol.) viperam è gypſato ſe-pulchro redivivam.

Generantur lapidū mira in Plātis

Nunc *ad alia* pergo *Lapidum mira*. In *PLANTIS generari Lapides* vel *Litho-ſpermon*, vel *Lachryma Joppæa ſemen ſilice-um* proferens teſtis eſſe poterit. J. B. *Porta* Phytogn. L. V. c. 30. qui & ex Plin. aſ-ſerit *in Quercu* interdum *Lapides gigni*, & Lapidem *intra arborem* inventum memi-nit J. Cæſ. *SCALIG.* in l. 2. de plant. f. 106.

in Animalib9 ſecundū naturam

Omitto enarrare *LAPIDES*, qui ut *WEINRICH.* de Monſtr. c. 19. ait, ordina-ria Lege Naturæ *in Piſcium capitibus* & quorundam *Animalium ventriculis* gene-rantur, quíque, ut *Helmont.* de Lithiaſi C. VIII. §. 23. loqui amat, Animalibus non ſunt ex cauſis Duelecti natales neque in pœnam illis deſtinati aut tribulationem, ſed magis in commodum humanum pro-ducti; alterius loci hæc tractatio præcipuè cùm anſam Gammarologiæ præbeant La-pilli Aſtacorum vulgo oculi Cancri dicti;

ad-

addam pauca *Exempla Lapidum præter Naturam in Animalibus & Hominibus non optimè conſtitutis inventa.*

Ex *Animalibus Bos* & *Equus* nunc ſufficiat. Andr. *LIBAVIUS* in Ciſt. med. Hornung. Ep. 78. è *Rene bubulo* majorem calculum, nec non alia vice ex *rene vaccino* Lapillum ſe extraxiſſe Sigiſm. Schnizero Bambergenſi Medico perſcripſit. Famoſus in Equis Hyppolithos, qualem Lapidem excrevit ad ℔. j. pondere Epiſcopi Bamberg. Equus, de quo pluribus agit Ciſta *HORNUNGIANA* Ep. 64. 65. 78. Franc. Bottani Negotiatoris Veron. Equa Anno MDC XXXIX. citò alvi turbine Calculorum quartarium cinerei coloris Cicerum forma reddidit, obſervante id *Petro à Caſtro* olim Veronæ nunc Mantuæ Ducis Archiatro, de quo pariter memorat *RHODIUS* Cent. II. obſ. 74. D. Balthaſ. Conradinus Phyſ. Schwarzœnivallis in diſſecti ſæpiùs ægrotantis Equi ventriculo vidit globum lapideum capitis magnitudine pulcherrimum Alabaſtrum æmulantem. *MOCK.* de Concret. p. 136.

Præter naturā in Bove

in Equo.

In*HOMINE* tanquàm Microcoſmo ſublunaris Mundi quoddam Compendium eſſe ingenioſè à quibusdam excogitatum eſt. Quis neget in *Homine Meteora*? Adſunt

In Homine qui cōpendiū Macrocoſmi.

In eo Meteora.

ſunt *Fulgurationes, & ignis Lambens* ex Homine non ſemel ſe obtulit, de quo in Ampelogr. p. 492. Nonnè *Epilepſia fulgur eſt* (ita vocatur à *NIERENBERG*. L. 1. Hiſt. Nat. c. 7.) *fulmina* vero Apoplexia & Paralyſis? *Venti Typhonis* ritu in capite impediti volutantur *flatus* in Vertigine, iidem *in inteſtinorum* gyris *reboant*. *Grandines* imitantur *Lapilli* in capite inventi, partim etiam Tuſſi rejecti. *Minoris mundi pluviæ* ſunt *defluxiones* à Nube Capitis, à jecore calido prius elevati, non ſecus ac terrarum exſpirationes, quæ in nubes concreſcentes diſſolvuntur in Imbrem. *Inundationes* Microcoſmi compagem corrumpentes exhibet *Hydrops*, *Terræ motu* verò ruinam ſtructuræ humanæ innantes *Tympanites*. Mitto *vegetabilia*

Vegetabilia. *in Corpore humano* nata, de quibus ſæpe laudatus *BARTHOLIN*. Cent. II. hiſt. 20. & notatum aliquid in Ampelogr. p. 67. ejusdemque Append. p. 17. *mitto Ani-*

Animalia. *malia* in Microcoſmo nata exeſura Corpus Lumbricos, Ranas, Bufones &c. & ſi non fabulam ſapit, Piſces; narrante *BO-*

Metalla. *RELLO* Cent. I. obſ. 28. *Mitto Metalla in Homine producta*, de quibus in Ampelogr. p. 63. & Clariſs. *SENNERT*. de Conſ. Chymic. c. IX. p. 113. Medici Friburgenſ.

te-

teſtimonium citat, qui fodinis metallicis præfuerat, quod cum aliquos ex foſſoribus metallicis aperuiſſet, in pulmonibus ea ipſa concreta repererit, in quibus effodiendis vivi laboraverant, ſolum *LAPIDICINÆ* Hominis paucis commemorandæ & reliquis Lapidibus addendæ ſunt, quales reperire licet in omnibus ferè Corporis partibus, quarum aliæ exhibent *Lapides tophaceos*, aliæ ut *NIERENBERG.* L. 1. Nat. Hiſt. c. 10. *cryſtallinos*, aliæ ita, ſolidos & duros cū Urīna excretos ut ignis iis potuerit excitari. *PANAROL.* Pent. II. Obſ. 34. aliæ denique Carbones repræſentantes, de quibus Idem *Panarol.* pent. V. obſ. 6. Lapidicinæ. Lapidū varietas

Siſypheum volverē, *Lapidē* ſi catalogum *Calculorum* in ſingulis corporis partibus delitescentium addere vellem pleniſſimum. Præſtitit Concivis noſter, toto erudito Orbi cum laude nominatus, dilectiſſimæ tuæ Conjugis Avus honoratiſſimus Dan. *SENNERTUS*, qui utiliſſimo Inſtit. Medic. opere L. II. p. 2. c. 9. p. 252. ex pluſculis Authoribus Calculos ſingularum partium recenſuit, quem laborem quoque Joh. Georg. *SCHENCK.* in Lithogeneſia & *KENTMANNUS* in ſe prius ſuſceperant. *Paucula tamen nova*, aut à modo-citatis Au- Authores qui Calculos Partium recenſuerunt

thoribus *prætermiſſa* Exempla ut ſubju-
gam, non ingratum *TIBI* fore ea arbitro
reliqua autem à dictis Scriptoribus n
tata, tanquam ex propriis fontibus ex
orum ſcriptis hauriri poterunt.

Nova Exempla & recentiſſima Calcul human In toto Corpore

Sudorem *Arenularum in toto corpore* o
ſervavit Th. *BARTHOLIN.* Cent. 1. Hi
34. non minus ac *in omnibus corporis par*
bus cujusdam Scribæ *Lapillos Rufus* in ob
communicatis Ex. Lazaro *RIVERIO* Præ
ceptori quondam meo in antiqua Mon
pelienſ. fideliſſimo obſ. 5. & ſimilia na
rat *HORSTIUS* Lib. II. S. 4. Epiſt.
449.

in Cerebro

In *CEREBRO* Lapides concretos na
rat *HILDAN.* Cent. V. obſ. 1. quales Vi
go Danica per nares emunxit Dactyloru
magnitudine. *Th. BARTHOLIN.* Cent.
Hiſt. 33.

n Palpebris

Ex *PALPEBRA* & *OCULORUM* angul
per Lapid. Nephritici uſum expurgata
magnam arenularum copiam, teſtat
CAMERAR. Memor. Medic. Cent. VII
§. 35.

Sub Lingua

Lapides ſub lingua difficultatem Loqu
læ facientes obſervavit 1647. *BORELLI*
Cent. II. obſ. 12. nec non *ESTANO*
obſ. V. comm. River. talem vidit & ma
nibus contrectavit in Noſocomio Ha

len

lenſi oblongum duriſſimum , ſiliceum, *MATT. UNZERUS* de Nephrit. L. I. c. 5. p. 34. formâ Dactylo reſpondentem, ſub linguâ cujusdam mulieris natum.

De *GUTTURIS* Lapide Exemplum apud *POMARET.* obſ. comm. *R*iver. obſ. c. 7. In Gutture.

PULMONES Calculis ſuffarcinatos memorant *HILDAN.* Cent. II. obſ. *29.* & Cent. VI. obſ. 22 *FORESTUS* L. XIV. obſ. 26. ſchol. *Th. BARTHOLIN.* Cent. I. Hiſt. 33. *PAWIUS* obſ. Anat. IX. *CORNARIUS* obſ. med. VIII. *SALMUTH* Cent. 1. obſ. 7. *BORELL.* Cent. I. obſ. 76. & *de Tuſſi lapidea ZACUT.* L. I. Prax. Almir. obſ. 96. & Epiphan. *FERDINANDUS* Hiſt. Med. 48. Sed profectò *ſaxa qui ſpuunt, ad ſaxea clauſtra* ſepulchri pennigeris currunt plantis. In Pulmonibus

Ad *AORTÆ ARTERIÆ* initium Exc. *RIOLANUS* in Cadavere Præſidis Nicolai Octagenarii Lapideum oſſiculum invenit. *Th. BARTHOLIN.* Anat. Ref. L. II. c. 7. p. 264. *Lapidem* quoque *Arteriæ Aortæ* obſervavit vir ille Conſularis in conſcribendis & illuſtrandis rarioribus maximè ſedulus Nicol. *TULPIUS* L. IV. obſ. c. 21. Et Lipſiæ A. M DC LIII. D. Chriſt. *LANGE* tum temporis Profeſſor ibid. Anatomiæ ſolertiſſimus in cadavere Olitoris, quem temeraria bigamia capite damna- In Aorta Arteria

verat in demonſtratione pulmonum tan *in Arteriæ Venoſæ* quàm *Venæ arterioſæ ra mulis* partim jam ſolidè duratos, partin adhuc aſpera ſcabritudine Tartariſato (verba ſunt ipſius D. *Lange* in Curioſ Medic. diſp. II. §. 6.) Lapillos inve nit.

InCorde. In humano *CORDE* os obſervatum Th. *BARTHOLIN.* Cent. 1. obſ. 50. & in corde Pontif. Urbani VIII. ib. Cent. II. Hiſt. 45. in Reginæ Mariæ Mediceæ corde, & in viro 40. annorum Hafniæ à D. Simon. PAULI oſſiculum Pythagoricum Y inventum. Idem *BARTHOL.* Anat. ref. L. II. c. 7. p. 264.

InVentriculo Lapidem in *VENTRICULO* prognatum & vomitu ejectum manibus ſe palpaſſe, & manu elapſum in plurima fruſta fractum D. Joh. *AGRICOLA* Phyſ. Reip. Vratislav. meritiſſimus & Amicus meus ſingularis non ſemel retulit. D. Laurent. *SCHOLZIUS* ob editionem Cratonianorũ conſiliorum nominatiſſimus, in MSS. ejus penes me ſervatis notavit, cùm Patavii degeret ſe audiſſe ab Excell. *COMASCO* Profeſs. ibidem, fuiſſe mancipium quoddam in triremi quod per vomitum ejecerit Lapidem magnum, duriſſimum, oblongum, & ob id ab omnibus quibus anteà cruciabatur,

ſtomachi doloribus fuiſſe liberatum. Felicius hoc mancipium fœminâ ſequenti quæ lapideo hoc partu oppreſſa ſuccubuit. Narrat namque *HOEFERUS* Aulæ Cæſar. Medicus in *HERCULE* ſ. Loc. commun. Med. F. I. Lib. III. c. 1. p. 120. Hornæ in Inferiore Auſtria mulieri quæ 40. annos ventriculi dolore, tumore, nauſea, inappetentia decubuiſſet, aperto abdomine *in ventriculi fundo Lapillos inventos* nullo cohærentes vinculo, ſed granorum inſtar pomi granati ſeſe mutuò amplectentes, tam copioſos, ut binas volæ manus implerent, qui diu aſſervati, tandem friabiles facti & in Sal luteum reſoluti fuerunt.

In Humanis *INTESTINIS* Lapidem malo punico ſimilem *RIOLAN.* Pater vidit in Method. general. L. II. S. 2. c. 2. & ovo parem. Anſelm. Boot. L. 2. de gemm, Cap. *299.* Ludov. Augenius piſi ac hordei magnitudine Lapides egeſſit. Horat. *AUGEN.* Comm. in Art. Curat. ad Glauc. Mulier 4to geſtationis menſe poſt ingentia ventris tormina tres calculos cinereos & ſpongioſos dimidii ovi magnitudine tribus partibus junctos pondere ſemunciæ reddidit. Joh. *MATTHÆI* caſu 2. ſic quadrangulares Lapides per alvum excretos ob- In Inteſtinis.

ſervavit Th. *BARTHOLIN.* c. IV. Hiſt.
qui & cent. IV. Hiſt. 49. & *PANARO*
Pentec. V. obſ. 12. conſulendus.

In Meſenterio. *MESENTERII* partem lapideam facta
notavit *RHODIUS* Cent. II. obſ. 96. & t
tum lapidoſum *PANAROL.* pent. V. o
19. qui & *PANCREAS lapidoſum* affirma
Pentecoſt. I. obſ. 44.

In Hepate. Nec *HEPAR* Calculis caret, qualia E
empla demonſtrantia veritatem legere
cit apud *SCALIG.* exerc. CVIII. §. 3. *PL*
TER. L. III. obſ. p. 841. Leon. *DOLDIU*
in Ciſt. Hornung. Ep. CCXLIV.

In Veſica fellea. In *VESICA fellea* Clementis VIII. Pon
calculus inventus. *Hornung.* Ciſt. med. E
LXVIII. Amygdalæ magnitudinis apu
BOKELL. c. I. obſ. 4. in icterico; qui *Ide*
c. III. obſ. 22. in alia Lapides 10. reperi
A. MDC XXII. in hydropicæ veſica felle
4. Lapides angulares virides Patavii, &
bidem M DC XXVII. in eadem bini La
pides nigricantes conſpecti. A. M D
XXVIII. Mantuæ Fabric. *BARTOLE*
TUS in felle nobilis fæminæ ultra 300. La
pides magnitudine Ciceris, & in Ferdi
nando Gonzaga Marchione Mantuan
Lapidem triangularem invenit; pariter u
in Antiſtitis felle D. à *CASTRO* prægran
dem olivæ forma, & in cœnobita 7. Calcu-
los

los angulares nucis avellanæ magnitudine. Plura exempla apud Carol. *PISON.* de Seroſ. Colluv. Sect. II. p. 2. c. 4. obſ. 17. *SOLENANDR.* Sect. V. conſ. 15. §. 2. *PANAROL.* pent. V. obſ. 22. *RHODIUM* Cent. III. obſ. 2. Th. *BARTHOL.* Cent. I. Hiſt. 80. & Cent. II. Hiſt. 45. 54.

In *LIENE* nobilis cujusdam fœminæ Lapidem fuiſſe ſubalbidum pondere ℥ijß. ʒj. teſtatur *TURNHEISER* in Examin. Urin. & *os* cruciforme in *Liene* apud *BORELL.* c. I. obſ. 4. De aliis *Lienis Lapidibus HILDAN.* c. I. obſ. 17. & Nicol. *FONTAN.* Ex. XXXI. p. 92. In Liene.

In *Umbilico* Lapillum obſervavit Cæcil. *FOLIUS* apud Th. *BARTHOLIN.* Anat. Ref. L. I. c. 37. p. 102. & Fr. Bartoletus in ſatellite offendit umbilico inhærere Lapillum nucis avellanæ magnitudine. *RHODIUS* Cent. II. obſ. 99. In Umbilico.

In *virga* ſeu Penis meatu *calculum* invenerunt *AMAT.* Luſit. c. VI. cur. 91. *ZACUT.* L. II. Prax. obſ. 65. 66. *HILDAN.* c. VI. obſ. 56. Nic. *FONTAN.* rar. obſerv. Analect. C. XXVIII. & filio Rectoris Campenſis in Urethra ſuccreverunt Calculi 25. inſtar maximorum piſorum. *TULPIUS* L. IV. obſ. 34. In Pene

In *Utero* Lapides generari poſſe negavit In Utero.

vit primum *MERCURIAL.* L. IV. de Morb
Muſ. c. 21. ſed poſtea conceſſit idipſun
mutatâ priore ſententiâ L. II. Var. Lect
c. 22. motus Hippocratis autoritate & Ex
emplo L. V. Epidem. enarrato, quali
in Tu- quoque enarrat Lud. *MERCATUS* L. I
moribꝰ de Mul. Aff. c. 27. f. 969. Quin & *TUMO*
RES duros Chirurgos interdum fatigar
optimè monet *TULPIUS* L. IV. obſ. c. 21
qui loco puris calculum contineant, qua
les *ſaxeos tumores* recenſet *Th. BARTHO*
LIN. Cent. IV. Hiſt. 64. & à M. Aurel
SEVERINO in reconditæ Eruditionis d
recondita Abſceſſuum Natura opere I
IV. c. 28. vocantur *Tubercula Lapidiconda*
in Ab- & Exemplis ibidem comprobantur.
ſceſſibꝰ In Abſceſſu humeri *Lapidem* inveni
BORELL. C. I. obſ. 87. ex umbilici ab
ſceſſu proſilientem Andrigetti de *ANDRI*
GETTIS Profeſſor Patavinus vidit; *RHOD*
Cent. II. obſ. 99. & *VESLING.* Syſtemat
Anatom. c. V. Notabilis quoque obſerva-
tio P. à *CASTRO* Medici ſolertiſſimi in
MSS. ejus obſervat. §. 18. conſignata
Menſe Aprili, inquit, MDCXLV. Verona
Caſp. Caponis Uxor quæ habitabat ad
portam Epiſcopi Abſceſſum ſupra os Iſchii
paſſa, qui dum ſuppuratur ingentibus cru-
ciatur doloribus, qui parum ceſſarunt
rupto

rupto abſceſſu. Tandem applicato Cerato Caſtrenſi Lapillos produxit magnitudine piſorum coloris ſubcrocei intra tres dies plusquam 40.

CALCULOS Renum & VESICÆ non attingo, cum tot ſolidi ex Corporis Humani *Lapidicinis* progeniti *Lapides* non ipſius duraturam *& marmore certantem perennitatem*, ſed fragiles potius humanæ conditionis vices oculis exhibeant quotidie contemplandas. Id ſaltem addo *PARISIIS* in ſolo Xenodochio *CHARITATIS* (la Charite) ab Henrico M. in ſuburbio S. Germain exſtructo arculis me vidiſſe incluſos exſectos *VESICÆ Calculos* pondere, figura, colore, multitudiue, duritie adeò mirabiles, ut in his ſolis amplum campum inveniat curioſus animus, quo Ingenii vires exerceat, & Naturæ miracula pandat. In renibus & veſica. Lapidas veſicæ in Xenodochio Pariſ. miri

De Renum Calculo, mi Dn. *MAJOR*, eruditum ſpecimen jam edidiſti in *Hiſtoria calculi Sperlingiani* & dolendum quòd pleroſque Litteratorum *ſaxeus* hic *morbus ſaxo* & tumulo, imò & infantes ſuggrundario inferat. Eâdem *Calculi Renalis* ferociâ Anno M DC XXI. è vivis ſublatus Avus meus maternus Exc. Dn. D. *Daniel BUCRETIUS* Sereniſſ. Archiducis Auſtriæ De calculo Renali Sperlingii. De calculo Renali D. Dan.

 Ca-

Bucretii Avi mei. Caroli Archiater, & Phyſicus Vratisla dignisſimus, cujus exſectum poſt morte *calculum* penes me ſervo. Hiſtoriam r riorum in ejusdem Corporis diſſectio obſervatorum tum temporis præſens Ex Dn. D. Mich. *DōRINGIUS* Prof. primu Giſſenſis, poſt D. Bucretii in Phyſic tu Uratislav. Succeſſor laudatiſſimu Litteris conſignavit, & amiciſſimo ſuo A ſini Dn. D. *SENNERTO* Wittebergа transſcripſit, quam ex MSS. Diſquiſitio nibus Epiſtolicis cum Sennerto habit excerpere & Coronidis loco addere pla cuit. Sic autem ſcribit IX. Aug. 1621.

Obſervatio de repertis in ſectione Cadav. Bucretian. In D. *BUCRETII* Cadavere hæc nob viſa ſunt: 1. *Abdomen* ſola cute & ex ca nibus propè muſculis tectum: 2. *Omen tum* omni pinguedine deſtitutum. 3. *Ven triculus* & *Inteſtina* flatu turgida atque in ſtar veſicæ inflatæ transparentia inter qu tenuiora nonnullis maculis liveſcentibu interſtincta. 4. *Lien* pro corporis magni
" tudine exiguus, forma ovali, ſed depreſ
" ſa & in lobos quaſi quatuor dextra ſui par
" te diſſectus. 5. *Folliculus felleus* magnus. 6
" Epar grandiuſculum ſic ſatis coloratum
" 7. *Ren* uterque quoad ſubſtantiam ipſan
" inculpabilis, ſecus quam ipſemet *D. Bu*
" *cretius* ſuſpicabatur; *dexter* tamen ipſo in

fundi

fundibulo *CALCULUM*, magnitudine ra- „
dicem zinziberis fere æquantem, & uni „
atque alteri interiori Renis meatui pecu- „
liaribus protuberantiis tam firmiter im- „
pactum continebat, ut nonniſi cum vio- „
lentia & ſonitu extraheretur. Pondere „
℈ jv. æquavit. Siniſter verò externa & „
ſuperna ſui parte veſicam, inſtar nucis ju- „
glandis grandioris aqua limpidiſſima di- „
ſtentam & dimidia parte Renis ſubſtantiæ „
inhærentem, *Ureter* quoque juxta infun- „
dibulum non parum ſabuli nobis repræ- „
ſentabat. 8. *Vaſa*, venam intelligo cavam „
& *Arteriam magnam*, erant propè tota ex- „
ſanguinea. 9. *Arteria magna* Spinæ in- „
cumbens tantæ amplitudinis ut pollicem „
ſine ulla difficultate admitteret. Hæc ſi- „
ne dubio in cauſa fuit, ut quando dolori- „
bus Nephriticis nimis furentibus & ſpiri- „
tibus & ſanguine ad locum affectum im- „
petuoſius influentibus, manus abdomini „
juxta umbilicum admoveretur, pulſatio „
exquiſitiſſimè ſentiretur, præſertim cum „
ut dictum tam abdominis muſculi quam „
ſubjacentes partes adeò fuerint extenua- „
tæ. 10 *Pulmones* maculoſi. 11. *Cor* gran- „
diusculum & tam *copioſa pinguedine* obſi- „
tum, quantum mea opinione è toto cor- „
pore per coctionem non profecturus fu- „
iſſes. „

" iſſes. Huic aſcribo quod ſufferendis tam
" diuturnis & exquiſitis doloribus parciſſi-
" mè aliàs cibo ac potu utens, par fuit. Cor
" enim perpetuo ab ea humectatum & ſpiri-
" tus refocillati ſunt, ut pulſus ad extremum
" propè ſatis rectè aliorum corporum re-
" ſpectu. Miraberis fortaſſe, idque non
" immerito pinguedinis circa Cor copiam,
" corpore alias tàm emaciato & tàm pecto-
" re quam abdomine hirſuto, quæ, omnia
" caloris ſunt indicia. Hoc etiam ſingulare
" habuit, ut qui pauciſſimi eſſet ſomni, La-
" chrymas tamen facillime vel poſt riſum
" etiam profunderet, & nares ſerò ſtillantes
" circumferret. Cranium apertum non
" fuit. Et hæc ſunt, mi Sennerte, quæ in a-
" miciſſimi mihi per biennium Bucretii ca-
" daveris diſſectione occurrerunt. Hacte-
nus Dőringius. Et cum *Excell. Sennertus*
in Reſpons. 14. Oct. data reliquis ſubjun-
" xiſſet: quæ in D. Bucretii cadavere anim-
" adverſa ſunt legi, ſcire vellem etiam, quæ
" ægrotantem ſymptomata afflixerint, ut
" qua ratione huic Hiſtoriæ quadrent, vide-
Symptomata D. Bucretii. " re poſſim; reſpondet *Clar. Dőringius* 9.
" Dec. Symptomata quæ ægrotantem D.
" Bucretium p.m. afflixerunt ſequentia fue-
" re præcipua: 1. Nauſea, Gámlig-
" keit. 2. Dolor ſubtus ventriculum & juxta
um-

umbilicum pulſativus. *3*. dolor & ardor „ intolerabilis circa regionem renum. 4. „ ardor quandoque in univerſo corpore, „ quandoque inprimis in plantis pedum „ moleſtisſimus. 5. Vigiliæ. 6. Circa Lunæ „ *Φάσεις*, præſertim poſtremo decubitus „ menſe inſultus Epileptici, quos ipſe è tre- „ more crurum præſentiebat. 7. Summus „ virium Languor. Hæc ut ad Hiſtoriam „ nuperam quadrent, videbis. *Hucusque* „ *eruditisſimi hi Viri, Concives noſtri.*

Hactenus, *amicisſime mi MAJOR*, enarratione *miræ Lapidum Naturæ*, quam à me expetieras, Tibi morem gerere & volui & debui. Nunc hæc *Lapidum fragmenta* Tui penetrantis Ingenii artificio *conferruminanda* relinquo. Vidiſti haut dubie in Italia præcipue Florentiæ Magni Ducis Theſauris annumeratas *lapideas menſas* multis aureorum millibus æſtimamatas, opere Muſaicô Jaſpidum, Hyacinthorum aliorumque coloratorum *Lapidum fragmentis* tam artificioſe in variegatos floſculos teſſellatim diſpoſitas, ut omnem ſculptorum & pictorum ſolertiam eludant. *Tu* his, aliisque plurimis à Te jampridem propria diligentia convaſatis, ex probatæ fidei Authoribꝰ mutuatis *gemmarum fragmentis Lithologiæ* Tuæ curioſæ Conclusio.

al-

alveolos ita diſpones,& publicæ cōtemplationi exhibebis,utNaturæ Scrutatores *gemmeis* tuis *dapibq* optime ſaturatiTibi liberali Promocondo æternas dicant habeantq; grates.*Zoilis* verò tuis &Momis,qui ipſi ſaltē *inutiles* ſunt *Lapides*, ut *Lapides*Tuos rodendo genuinum frangant exopto,quin ſi perſeveraverint & *Lapidū Imbrem*,& *Lapideam* Homeri *tunicam* ex Miſſibus Tuis imprecor. Vale, *mi Amiciſſime D. Major*, & vive publico Tuorumque commodo quam longiſſimè; Interim *hæc de mira Lapidum Natura* horis aliquot ſuccifivis à Praxi & laboribus Chymicis vacuis raptim Chartæ illita benè ut conſulas à Tua Benevolentia facilè me impetraturum confido.

Scrib. Vratislav. Kal. Auguſt.

LAPIS hic eſto TERMINALIS LAPIDUM NATURÆ.

FINIS.

p. 52. lin.22. afferat l. afferet.
p. 53. lin. 2. babulum l. pabulum
ib. lin. 19. f. 180. l. 118.
p. 54. l.15. Tioniæ l. Fioniæ
p. 57. l. 1. ſimilia l. ſimile.
ib. l. 24. inſectis l. in inſectis.
p. 59. l. 9. SCHROBERO l. SCHRöDERO.
p. 61. l. 28. hariolo l. hariolor.
p. 62. l. 22. quæ l. quâ.
ib. l. 26. quod *adde*: quæ, quod
p. 63. l. 3. Confelti. l. Confetti.
ib. l. 6. enim maſchatan l. nucem moſchatam.
p. 65. l. 1. inquiris l. inquirit.
p. 74. l. 8. pnef.. l. præf.
p. 76. l. 22. Diſſc. l. Dioſc.
p. 77. l. 22. agna l. aqua.
p. 80. l. 13. Ovid. LXXIV. l. Ovid. L.XV.
ib. l. 24. Galabriæ l. Galatiæ.
p. 93. l. 8. Timajo l. Timavo.
p. 94. l. 24. Duelecti l. Duelech.
p. 99. l. 14. Almir. l. Admir.
p. 101. l. 6. F. I. l. Tom. I.
p. 102. l. 17. BOKELL. l. BORELL.
p. 105. l. 6. Humadi l. humani.

Adl 1456439

Digitized by Google

Digitized by Google



Hic Status et Hominis, quem ſumma potentia multis
Triſtibus expoſitum caſib. eſſe jubet:
Attamen affulget Clementia cœlica rurſus,
Inſperato miſerum recreat auxilio

BIBLIOTECA